

IVLII CÆSARIS  
DESTITI

è Societate Iesu

POLYHYMNIA

SIVE

SYLVARVM

LIBRI TRES.

263/19  
c 1600

M.

emptus  
Granad. 22.

ex Lovcaro  
Zolotare



NEAPOLI, Excudebat Iacobus Gaffarus. 1644

SVPERIORVM PERMISSV

~~Handwritten signatures and notes at the bottom of the page, including 'Superiorum' and other illegible text.~~

**FRANCISCUS PICCOLOMINIENSIS**  
Societatis Iesu Prouincialis in Regno  
Neapolitano.

**C**UM Polyhymniam, siue Sylvarum Libros  
tres Patris Iulij Cæsaris Destiti Societatis  
Iesu, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id  
commissum fuit, recognouerint, atq; in lucem  
edi posse probauerint: auctoritate nobis data ab  
Adm. R. P. Nostro Mutio Vitellesco Præposito  
Generali, facultatem concedimus, ut typis man-  
detur; si ita videbitur ijs, ad quos approbatio li-  
brorum spectat. In cuius rei fidem, has literas  
manu nostra subscriptas, & sigillo nostre Socie-  
tatis munitas dedimus. Neapoli, Die 28. Mensis  
Octobris. 1643.

*Franciscus Piccolominus.*

**R**obertus P. Dub. Caesaris Dilecti Societatis  
 nostre rector, vobis, quod in istis  
 Libros tres, videlicet, *Strenes? an Musas?*  
*an Charites?* vidi, legi, probavi. Vt enim illa  
 præteream, nihil videlicet in eis contineri, quod in-  
 fegerimus in orbibus, aut sacrosanctis augustis-  
 simæ Fidei placitis aduersetur, habuimus. Vnde  
 Poësim operosior, et arripit, et vclingenii cultus  
 Exornat, et æmulo quidem, et Martone, quæ sit  
 inactas, in Herodis, et Tibullio, et Andron. Flo-  
 ris, et Martiali, et in unum, et in unum, et in unum  
 eruditissimo, et in unum, et in unum, et in unum  
 fina gaza, et in unum, et in unum, et in unum  
 ornamenta, quibus exoticas, et in unum, et in unum  
 poetica, et in unum, et in unum, et in unum  
 faceret ampliorem. Proinde cetero, et in unum  
 Poësim esse typis, ac luce dignissimam.

*Philippus Carducij Societatis Iesu.*

*In primi potest prævia approbatione Adm. R.P.  
 Philippi Carducij Societatis Iesu S.T. Lect.*

F. Ioseph de Rubeis Ordin. Minor. Conu. S.T.D.  
 Emin. Card. Filamar. Theol.

IMPRIMATUR.  
 Gregorius Peccerillus Vic. Gen. Neap.



...sum de nulli bono, adorsus abna...

# DIVO

# IGNATIO

# LOLOLAE

# SOCIETATIS IESV

Conditori Optimo Maximo.

*Anathema,*

Sing...

# POLYHYMNIE DEDICATIO



...BY, quip Parenti Sanctissime ;  
...qua nobis est Musica  
...et ab ingenio, vel ab arte  
...facit ad, quidquid nervorum  
...haber, latenda, quae Musis perditissimorum

Poe-



Pœtarum piaculo incestas, castissimis re-  
 ligionibus expiaueris, Diuinaque Sapientie  
 addixeris administras. Ac sanè par erat,  
 ut inter res veteremque Prometheum non  
 illud modo interesset; quòd illius ab igne  
 malorum Iliàs) rursus, ab ardore pietatis  
 tue bonorum vis ingens existeret: verum  
 etiam, ut ipsè in cælum Mustis, quàm Pro-  
 metheus olim in terras, hoc est in nequitie  
 cenam, ac sordes, furtiuo cum igne subduxe-  
 rat, reuocares. Sed tue, Ignati, Virtuti eò ma-  
 ior plaudet oportet adorea, quòd sapientes pu-  
 tant esse longè præctarius, depressam abie-  
 ctâque à profligatissimis ingenijs Diuina, Pœ-  
 seos facultatem suum in candorem, ac presti-  
 nam dignitatem asserere, quam dare pessum  
 res superas, & ad isthæc humilia deturbare.  
 Quid enim è an non, te Auctore, nunc Vates  
 Diuina passim argumenta pertractant, un-  
 nontuis legibus scitisque sanctissimis, è prosce-  
 nio personata etiam voluptas excluditur, nã  
 quid illinat, fuci candori, pudicitie; ne quid  
 integerrimis moribus, et per ipsas imagines  
 scenicasque larvas imponat? Vani tuis demã  
 auspicijs, absre iussa procul ab Elegie famula  
 quon-


quondam nomina Lycoridum, ac Lesbiarum.  
 nullus Poesis Lyrica redolet popinas, ac iustra:  
 acutis quidem luditur Epigrammatis, ac ve-  
 nustis; sed sine Reneres sine Acidalis aculeis,  
 sine telo Cupidinis Nunc enim vera Pierides,  
 ut cum maxima Sirenibus, id est lenocinijs  
 voluptatum, insensu probantur. Nunc omni-  
 no Charites germane Poeseos, reuerenda,  
 ornatusque exuta procacitatis, & impudētia,  
 ingenuo pudoris, & castimonia cultu reni-  
 dent. Quod si, post deiectos ab immani con-  
 tu, montiumq; insana substructione Titanas,  
 Apollo triumphali Epinicio Iouem gratabun-  
 dus cōsalutauit, quid ni tibi, Parens Sanctis-  
 sime, Carminum praconia tribuantur; cuius  
 ope tot sunt haecenus Fidei Christiana Per-  
 duelles, ausi Gigantum more bellare cum Su-  
 peris, & Caelo, ab obsessa scilicet per summam  
 perfidiam Religionis arce, deturbati? Dum  
 igitur Alij alia tuo nomini monumenta operis  
 doctriinaeque maioris inscribunt, has tibi nos  
 merito Syluas consecramus; quas si minus vi-  
 etricibus palmis, quales per utrumque terra-  
 rum Orbem colit, propagatque Posteritas tua.  
 Apollinari certē lauro constas, & presidio di-

gne-

gneris tuo, & omnem extra iclā, iactumque  
 teli, quod in eas alicunde queat intorqueri,  
 constituas. Tutique, Ignati, Nomen, quod suis  
 Carminibus Polyhymnia nostra prescripsit,  
 adeo sibi presens agnoscat, ut eius auspicio  
 non modo consequatur, sed iam nunc illam  
 vel comitetur immortalitas glorie, vel pra-  
 eurrat.

[The following text is extremely faint and largely illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. It appears to be a continuation of the Latin text.]

PRO-



PROLEMA;

AD LECTOREM

Attendis es a me tantisper...



Attendis es a me tantisper... Lector humanissime...

Poëtes: cui cum a sapientibus... dani vis, nomenque tribuatur, ad eius penetrabile...

ne traducant, vbi rem vniuersam transfigiscens,  
cus apparatus, ac fabula comminiscitur. Nostro-  
rum proinde Carminum Anagnostas monitos  
velim, vt interesse cogitent acroasi, quæ isthuc,  
quidquid est, acroamatum Musicorum excepit,  
dum in Musèo, Eruditorumque confessu Maio-  
rum more recitarentur. Neq; enim verèos quin  
omnem à me temeritatis, & confidentiæ inspi-  
cionem auertam, ac deprecei, dum ea nunc in  
lucem prodire patior literatorum, quæ prius  
cùm publica, tū priuata eorūde iudicia subiere.

Etenim vsurpare nos iuuit, quod coluere  
Veteres, ac posteris colendum tradidere, reci-  
tandorum carminum institutum, cum Pliniana  
tamen exceptione, qua populum, vt ille præscri-  
psit, non advocauimus; sed electos, sed eruditissi-  
mos quosque, quibus & credi, quos & vereri fas  
esset. Extitere quidem non obscura, vt tum vide-  
bantur, approbationis argumenta: silentium in-  
tentum, & acre, audiendique vteriora percupi-  
dum; secunda subinde confessus admurmuratio:  
nec illud quidem desiderauimus veteri acclama-  
tum forma Sophòs, aut peruulgatum Gallionis  
Epiphonema, quo scilicet ille *plenum Deo, affla-  
tumque diuinitus carmen* ingeminabat. Certè  
quid auditorum quisque sentiret, percipere tum  
hæbat è vultu, oculis, nutu; quæ satis apertis no-  
tis iudicium ab humanitate discernunt. Impo-  
suit forsitan, inquires, auditoribus, vel actio, vel  
reci-

recitatio; pleraque enim omnia vel è suggestu memoriter, vel eodem loci de scripto non sine vocis lenocinio Academici pronūciarunt. Multum, quis enim neget? dignitatis habet lux illa palæstræ, & verò longe maiora faciunt omnia insignitæ illæ, quæ non per aures solum, sed etiam per oculos ad animos trāiiciuntur imagines actionis. Quid illa, quæ Plinius alter agnoscit, ornamenta acroamatis, nempe liquidissimæ vocis suavitas, quæq; commendat vocem, verecundia, & efflorescens sanguis in ore recitantis? Illud hinc ergo conficitur, fieri facili negotio potuisse, & auditores ita se auribus duci paterentur, ut omnes iudiciorum aculei, si minus infringi, retundi certe potuerint, atq; hebetari. Quid, si his ego de causis priuatorum etiam iudicia sum expertus? quibus data facultas per otium, sine actionis fūco, sine vocis illecebra recognoscendi ea, quæ vel actor commendauerat, vel agnoscites. At quos mihi viros optavi carminum Criticos? Nempe eos, quibus magnam quoque mentē Deus inspiravit. Etenim, ut sapientissime Iouianus in Actio pronūciauit, de Poësi, nisi Poëta, recte iudicauerit nemo. Ij mihi fuere scilicet Editionis Auctores; nec defugerent auctoritatē, si singulorum hic sensus, ac verba proferrem. Unus tamen ad me literas nullus hic præterierim. Is est Ludouicus Cresollius, homo Gallus, hoc est suis viribus animi candore simillimus.

operosisque iam pridem editis in hęc lucubrati-  
onibus, longe clarissimus: qui cum Romę bo-  
nam meorum carminum partem me descriptę  
recitantem audisset, hac ferme paransę dum  
morarer editionem, vrgebat.

II. Romę agens fortasse Romanos imitari pri-  
fios debui, qui pro Strenis, inuente gna, ra-  
mam lauri decerpunt e lupo Strenis. De  
alijs dabant. Enimvero inceptus forem, si mit-  
torem ad te laurum folijs caducis, & obsoletis:  
vum aternam tibi laurum, Musa dederint.  
et soliam, vel fertam, & implexam in corol-  
tam, qua gloriose, & tuo merito coronaris, ad  
quam perge addere. Inuisaor, & videamus  
aliquando versus, quos bauta tua siqg Polli-  
cetur, quique Doctorum, omnium signu, ma-  
gnatum voluptate excipientur. Quare totum  
Heliconę moue, hoc est vberem illam au-  
reamque venam, ut quam primum noquem  
velatum Musis, sedroq; dignum opus in spe-  
stemus. Ego, si edas, & publices, volo esse opę  
vrs tui bonus, & assiduus buccinator; sęsseta  
de differas, & yodwntus.

22. Quid multis? vel illis acuebant cessantem in-  
citamentis; ferri nimirum per ora hominum; ijs  
deque, quibus lingua Romana, spatijs peruagari  
Speremne isthuc, aiebam, an voueam? Anne vos  
sugit, quod Sabinus olim Euripidis Stephonius  
quereretur? *artem videlicet Musici ad paucos  
esse*

*affe redactam; Hælicona veram esse nunc fabu-*  
*lam, nihil in eius folitudine reperiri nisi vepres,*  
*& saxa, vnde ludibunda resonant vocum ima-*  
*gines. Quid, quod hac tempestate Scriptores Ita-*  
*li in Poësim tanquam in possessionem caducam*  
*& vacuam inuolauerunt? quo illud affequentur*  
*(quodam inter Græcos artifices, eos Aulæ dos*  
*esse, qui Citharæ di fieri non poterant) vt, cum*  
*ad facultatem linguæ Quiritium verficari pro-*  
*uehique nō possint, ad Etruscos rhythmos tan-*  
*quam ad saxa tandem adherescant. Atqui hoc*  
*enitendum magis, instabant editionis Auctores;*  
*ne Romani Poësis de suo pulsa patrimonio, in-*  
*tenui, eoque insigni prædolo relinquatur. Re-*  
*tracta tu interitū opus ea ratione, vt hinc splen-*  
*descat magis, non atteratur vnde, fit vt omni ex*  
*parte numerus in cultus ac splendens, nō vti pa-*  
*ries structura quidem firmus, ac duraturus, te-*  
*stotio tamen rudis, & impolitus, quod ne soluta*  
*quidem orationi. Facitus condonabat, eamque*  
*tibi cum primis legem indicas, vt de ades inge-*  
*nuorum: vestim iugales potius; quam vni*  
*plebeo parcas: Contra quam Iure consultifan-*  
*atunq; quibus est visum, præstariis omnino egi-*  
*cum rebus humanis, si de eum fonte absoluati-*  
*tu quam si antea innocens dæmonem. An non:*  
*multa detrahendo. Virgilius, narmen effecit*  
*grandius, & augustius, acque enim in mole ma-*  
*igaitado, nec ad fastum opes, in ropt, sed in dca*



lauraque frugalitate sunt fixa. Nōstrū nimirū illud Demosthenis: *ὄν τό μέγα εἶ, ἀλλὰ τό εἰ μέγα*. Non quod magnum, bonum; sed quod bonum, magnum. Illud elabora, quod ait Attius, *ut paucis probatus magis, quam multis fies*. Argumentum enim καλοτεχνας, à peritis olim Musicis, est habitum, imperitæ multitudinis iudicia placuisse. Nunquam studui placere populo: nam, quod ego scio, non probat populus: rursus, quod populo probatur, id nescio, tradit velut è cortina Zeno Romanus. Vnius iustar omnium Platonis assensum esse sibi satis rebatur Antimachus.

— Neque, ut te miretur turba, labores

Contentus paucis Lectoribus.

Hæc ferè monendum me esse putarunt ij, quos carminum censores adhibui. Quorum me monitis sic paruisse iuuit, ut tulit ingenium, cui plerumque malumus indulgere, quam moderari. Et nauos nos, & cicatrices adamare nostras scripsit Aufonius, Agnoui quidem ego errores meos, sed sciens, ac prudens ignoui: neque enim eram ignarus, interdum turpe non esse, errare cum multis: neque ita ex facili purgari posse censebamus illum, qui peccat, quòd nihil peccat. Nec vetus illud exciderat, nullum sine venia placuisse ingenium; cui cum parum ipse considerem; primum id egi, ut opus mediocritate ipsa commendarem: tum, ut varietas Legentium fastidio mederetur; cuius gratia alia alijs, quædã

fortasse omnibus arriderent. Postremo, quod  
 multiplex carmen, quod ut plurimum calore  
 quodam effusum, uti Sylvarum: quod in Academi-  
 cis conuentibus Veterum ex instituto pronun-  
 ciatum, est à nobis inditum operi nomen Poly-  
 hymnia: cuius est à multiplici cantu nomencla-  
 tio; quæ pronuntiationis elegantiam, uti scribit  
 Cassiodorus, imitatur: cui denique cultum  
 agrorum ac nemorum tributum esse, Mytholo-  
 gi tradidere. Tu, quisquis ades cultor urbanita-  
 tis, eiusmodi Sylvas aditu digneris tuo: quando  
 & Sylvas olim dignas Romani Consulis cura  
 cecinit Maro. At hinc densa proceraque ar-  
 bore nemorosus Numinis fidem Veteribus fa-  
 ciebat. Inest certe Poëtarum Sylvis Diuinitas  
 quædam: quæ tamen tum longè absit à nostris  
 carminibus, ut potè ab ingenio minime Eotheo  
 deductis; pleraque tamen omnia, ob rei sacra-  
 argumentum, minus contemnenda censuris.

Iam verò disceptator & arbiter mihi velim  
 in posterum adsis, lector integerrime: super-  
 enim sunt mihi, quæ diluam apud eos, quorum  
 adeo peregrinantur aures à vocibus, quæ Poë-  
 tarum more dicuntur: ut, cum in illas offende-  
 rint, statim illud è veteri Senatus Consilio pro-  
 nuncient: *providendum omnino esse, ne quæ res  
 Christiana capiat detrimenti*. Proinde siui per-  
 genium fortasse non licuit in Heliconam diuertere,  
 nolim ipsi quippiam è veteribus superstitione-

suboleat, cum quid eiusmodi vocum occurrerit. Velut, vbi pro bello, aut sapientia, Martis nomen, aut Palladis vsurpamus; Vel, cum fati vocabulo intelligimus communem naturæ necessitatem, vel pendentium à Diuinæ mentis consilio seriem, ordinemque causarum. Is tamen hic velim Censuram mihi gerat vel sine suffragio, cuius ingenium à Musica venustate non dissi- det, nec genius ab elegantia pœtici cultus abhorret. Verum sint per me licet qui Nostra legerint vti canes venatici, qui odore quodâ suspi- cionis, sicubi possit vitium delitescere, sagacissi- me peruestigent; videant tamen oportet, ne sa- pientiam sermone vapulent, quod acres etiam esse velint, vbi ne subest quidem aliquid, quod cauendum sit, non modò vlla non extant vesti- gia præiudicij. In eiusmodi vero censoribus vt vehemens incitatumque tuendæ Religionis stu- dium æqui boni feceris; at Ioannis Piscatoris Caluianij Symmysta temeritatem qui seras? Is, ab Argentoratensibus religiosior vt haberetur, vsurpata Scriptoribus Deorum, Planeta- rumque nomina, ne quid superstitionis, aut im- pietatis religiosas scilicet aures offenderet, in Veterum monumentis induxit, vel certè muta- uit: Virgilium, ac Ciceronem, reliquosque Latij sermonia Auctores è ludis omnibus ablegauit. Consequens omnino ratus, & consentaneum, vt, qui per summam perfidiam à Romana Reli-  
gio-

gione defecerat, per summam quoque barbariam Romanæ linguæ cultum exterminaret. Nam quid ego de censorio loquar Erasmi suspensio? In cum desisteret nusquam, vocibus à rebus significatione vel absonis, vel certe male sonantibus pijs lectorum aures obtundere: veluti cum videri cupit illa respicere, quæ tamen dissimulanter inculcat; pro Apostolis videlicet, Legatos; Flaminem Dialem, pro Romano Pontifice: pro Fide, Persuasionem: pro Eucharistia, crutulum sacrosanctum; rursus de Poëtico Acti; Sinceri cultu sic cæset. *Meo, inquit, suffragio Sannazarius plus laudis erut laturus, si materiam sacram tractasset aliquanto sacratius: nam quorsum attinebat, toties invocare Musas, ac Phoebum? Christi mysteria non solum erudite, sed pie etiam religioseque tractanda sunt: at pie tractari qui possunt, si nunquam dimoveas oculos à Virgilijs, Horatijs, Nasionibus?*

Mactus hoc studio pietatis ac religionis omnium apud Septentriones turbatum fax & quasi flabelum, Baradus Sannio? Sed homo omnibus consilijs præceptis, ac denique quid non temere, quid non inconsulte pronunciet? quem illa de se: profiteri aliquando non puduit *Sic meum est, inquit, ingenium! abijcit ac præcipit at omnia, nec parit; sed abortit: neque impetrare à se unquam potest, sed vel semel, quæ scripserit, recognoscit. Acque hæc tandem se obspiciant, vt mo-*

neam ; non tam nos esse in Ascetarum odets ,  
quam in amoenissimis Musarum vmbraculis  
carmina modulatos. Quò etiam nonnullos è sa-  
cro instrumento locos sine fraude traduximus ,  
non vt interpretes verbis addicti, quod, ne quis  
factitaret , per sanctè cautum est Romanis legi-  
bus, sed vt Polyhymnia nostræ carminibus ali-  
quid inde dignitatis arcefferemus. Quod si qua  
fortasse deprehendas apud scriptores aliquos è  
profanis, quæ hic à nobis ; è religionis tamen  
præscripto, tractantur; id Poëtarum ingenijs, que  
inter sese plerumque conspirant, velim adscri-  
bas. Nam distiteri per quos profeceris, immanè  
quantum à religioni viri moderatione, dissenti-  
ret. Quamuis enim Poëtæ & humanitate exco-  
lantur, & excolant ipsi Musas humaniones ; hu-  
mani tamen nihil à se alienum esse, sibi adeo nõ  
persuaserint, vt alienis, & que vti sibi licere pu-  
tent ac suis. Hic denique te, quisquis hæc lege-  
ris, munitum velim, vti meminens eius, quod  
erat apud Persas lege sancitum ; vt, cum quis in  
iudicio argueretur, aliquid admisisse contra le-  
ges; etiam si liqueret, eum culpa affirmem esse ; &  
noxam tamen multa non continuo irrogaretur ;  
sed prius iniretur ratio, plurane turpiter, an  
laudabiliter ille gessisset ; tum, si maior esset nu-  
merus laudabilium, absolueretur. Quam ego  
veniam condonationemque si nunc ætas, Le-  
giton, & equitate regulero, scriptiois, meæ operam,

haud

haud omnino malè posuerim . Nam inuidiæ  
 morsus nihil est sane, mihi cur verear , quòd illa  
 ultro mediocribus parcat: rursus optima tatum  
 quæque redarguat, & infectetur Momus: eius  
 proinde dentes à nobis nostra fortasse medio-  
 critas abstinerit . Quòd si plura niteant, haud  
 erit sane, cur quemquam paucæ offendant ma-  
 culæ, quas aut incuria operarum aspersit, aut hu-  
 mana conditio parum cauit .

Super adhuc est illud, quod mihi postremo  
 monendus es, lector. Nam, qui ex interuallò Po-  
 lyhymniæ, versus insigniunt asterisci, indicant  
 Notas; quæ, si quid legentibus minus liquet, per-  
 spicuum reddunt. Rursus numeri Notis adscri-  
 pti ad voluminis paginas pertinent, ac veluti di-  
 gitum ad fontes intendunt. Horum mihi venit  
 in mentem, quæ tibi ante, Lector, edicerem ,  
 quàm ad iustrandas Polyhymniæ Sylvas acce-  
 deres . Vale.





# IULII CAESARIS DESTITI

è Societate Iesu,

POLYHYMNAE, SIVE SYLVARVM

LIBER PRIMVS.

ICONISMVS

Expressa in programma Polyhymnicæ.

Quo Musa redux ad Superos

DIVVM IGNATIVM.

Sui reditus Dicem agnoscit.

*O Quis humi resides rapit ardor ad æthera mentes?  
 Quæ leuat auras noui quis carminis auctor, ab astris  
 Degeneres ad prima vocat cunabula Musas?  
 Te Duce te, Virtus Ignatia, rursus Olympo  
 Reddimur, & supera reduces in sede locamur;  
 Vnde potens astu telluris ad ima subegit,  
 Cum pariter flâmas subduxit ab axe Prometheus,  
 At luit ille dolos: rostro cui Præpes obunco  
 Et iecur, & vulsis carpit præcordia fribis:  
 Duraque Caucasæas interfert vincula canes,*

B 2



*Aetheris immensis distincta volumina Zonis  
 Qui paribus Musas invidit obire choreis.  
 Nam data vis nostris superos concentibus orbes,  
 Et data vis nostro moderari sydera pleetro.  
 Qualis eram? quantusque meo canore datus ore?  
 Cum canerem alternis vibratos ignibus ignes,  
 Mutua sydereis & amorum incendia formis.  
 Nulla quibus pura traxere piacula flamma,  
 Aetherius non ulla tulit dispendia candor,  
 Turpe nec incesta nomen face sydera norunt.  
 Qualia nunc vates dare nomina nouimus astro  
 Luciferi. Suffusa rubent hinc astra pudore;  
 Nec neget, hinc duxisse notas Aurora ruboris,  
 Audijt ut foedo carpi sibi pectus ab igni.  
 Nescio, qua Lunam memorant egrescere cura,  
 Nescio, quam memorant Solem tabescere flamma.  
 Ipsa etiam lustranda feris dant Sydera Vates,  
 Atque Cani, atq; Hydra, atq; Lycæonis Arcadis Vrsa;  
 Villisque, squamisque tegunt laquearia cœli.  
 Proh pudor! ire Duces Vatum per devia Musæ*

Ar-

Arguimur, nomenque locis, numenque dedisse,  
 Et flauij numen, nomenque cacumina iactant  
 Pieridum, solitur lacusque, lacusque Gamoenis.  
 Nec satis, Arcadij saltus lustrasse Lyceis.  
 Nouimus & Panes, & monstra procacia Faunos,  
 Syluanosque Senes, & capripedes Satyriscos;  
 Inter Amadryadas nos indulgere Choreis  
 Dum iuuat, & syluis flipula deducere carmen.  
 Et Gnidos, & nobis Amathus, & culta Cythera,  
 Et Paphos, Idaliaeque domus; sunt & iuga Cynthi,  
 Cumque suis iuga Taygeti lustrata Lacenis.  
 Nostra pharetrati veniunt in foedera fratres,  
 Iungit Acidalius Charites, Bacchasque Cytheron,  
 Dindyma Semiuiros, Idae Curetas, ouantes  
 Et locus, & Lemitas, nulloque coercita nodo  
 Libertas, incunt agmen; Lusisque, Choriisque,  
 Desidia cordi. Nos hac studia haestenus, hac nos  
 Hac coluisse, tenus loca iuuat, ab aetheris axe  
 Dum procul antiquae cepere obliuia laudis?  
 Omibi quo quondam, vel quo meditata canore

Cœlicolum detora, & cœlestis adorea palma,  
 Astra super, superaque inter spectacula pompa!  
 Illic, nos quando tua rursus ad æthera virtus  
 Euehit, ætherios tua facta referre per orbes,  
 Sydera, sectorum voluunt quæ pensa, docebo.  
 Namque canam; ut, qui te bello Mars perculit, omnes  
 Extulit & casus super, & discrimina rerum;  
 Utque sub auspicijs, Superùmque insignibus, agmen  
 Duxeris Heroum: tot Ditis in arma maniplos,  
 Tot Cœlo iurata Duces ad signa vocaris.  
 Saberios armis instruxeris. Ipse sub Arcto  
 Ipse tuis Hydram extinguis Luthericâ flammis.  
 Tempa Superstitio te vindice diruta luget,  
 Luget & euerfas te vindice Manibus aras.  
 Calitis ô flamma salue Sator Ignis, & alter  
 Hesperus Occidans, & Phosphorus alter Eois,  
 Addite syderibus tabar, & decus addite Diuis,  
 Dux Ignatiadium, gemino cui Sospita mundo  
 Signa sua dedit Omnipotens præferre Cohortis,  
 Nostra sub ætherijs quæ rogeret agmina signis.

Hæc meus, & maioræ tibi præconiis clangor  
 Inter syderei pompas, plaususque Theatri  
 Et canet, & cali referent conuexa canorem,  
 Interea tibi, Diue, nouo Polybymnia cultu  
 Sistitur, ut memori tæstetur imagine Musas  
 Auspice te, cælo redages. Hæc astra tenentem  
 Et super astra tuotelumine cernet euntem  
 Posteritas; hinc ætherias sublimis in oras  
 Euehor, ut quondam, terris Astræa reliquit,  
 Ibat, & ad Superos sese per inane ferebat.  
 Posthabite palmas nequicquam ad sydera tendunt  
 Illecebræ, resonant & inanibus ora querelis.  
 Nec Pindi iuga, Castaliæ nec murmur arui  
 Vlla moras nesciunt; non illicis ora Diones.  
 Nec licet Charites, & Amores voce lacessant,  
 Ora nihil Charitum, nihil ora morantur Amorum.  
 Nam, Ducete, rursus cali Supera alta petentem  
 Castaliæ quis fentis amor, qua gratia Pindi,  
 Quæue Dionæe reuocet pellacia lora?

## \*ERYTHRÆIS.

Siue

## ECLOGA PRIMA.

Idas, Ladon.

*Cum canere Panes, & Manala; Phœbus ad undas,  
 Quas patrijs hinc findit \* Arabs, hinc Persa phaselis,  
 Duxit, & indigenas scrutantem indagine gazas  
 Hac ignota tenus per Eoi carula venit.*

*Et iuuat, ent bea vis quò suadet, & auctor Apollo,  
 Ire, & Erythræas aptare ad carmina conchas.*

*\* Affia Tyrrhænis cecinit quæ buccina nautis,  
 Omnia iam vulgata. Quis aut piscosa Mineræ  
 Saxa, quis affines nescit Crateridis oras?  
 Aenariam, Prochiron, Cumasque, sinusque Dicarchi,  
 Lucrinique lacus, & olentes sulfure Baias?  
 Et Stabias, & Telebôn prærupta, vetusque  
 Euboico seruant quæ nomen ab Hercule rupes:  
 Euplæam, Nesiân, Megariam, & inter agrestes*

Pau-

*Phaëlypi Diuis Nereida Mergillina?*

*Ergo me maria ostenderit felicia saxis,*

*Purpureaque vocant vada Tethyos: s' ubi Ganges,*

*Pactolusque, & multas baccata lapillis*

*Taprobane: è quibus quæ Dorida ditat Hydaspes,*

*Sistat, & aurifera det proram appellere ripe?*

*Interea fluctus ubi temperat æquæ Erythra,*

*Consedisse iuuat, gelidi sub fornice saxi:*

*Dum matutinus cauchas irrorat Eous,*

*Et resonas alterna cient ad carmina cautes*

*\* Arfinoës Idas, Berenices accola Ladon,*

*Iam præsit hiis numeris Ladon, inde excipit Idas,*

*La. Carminis auspicium, cali decus, æura Phœbes,*

*Illaregix fluctus illi regna hœmida parent.*

*Id. Eface Luciferi nosina sint orsa Camœnis,*

*Non alius pelago ridet felicior ignis.*

*La. Quàm bene baccavit et celestis ab ubere roris,*

*Lilia quid niveo Iunonis ab ubere iactent?*

*Id. Ipsa tuæ Matuta, rubentronchylisæfuce,*

*Picta quid ostentat Phœbia rosa sanguine Divæ?*

*La. Quid*

- La. Quid querar, annosa baccas squalere, senectas,  
Ipse etiam senij narunt dispendia Luna.
- Id. Quid virum, a nimbis concha pallefcere, factus  
Ipse etiam a nimbis multas pallefcit Boi.
- La. Omnes has licet per aquas occurrere pradę,  
Dę fabrum trāquilla Dact per carula concha.
- Id. Ab mihi ne ventis pradā tam dira cupido,  
It canibus dęm concha latus succincta marinis.
- La. Ales Hyperborea Ditem qui pennis ab Arcto,  
Hac dicat ostriferi Ladon tibi munera Nerei.
- Id. Alma Patens, duodena totam cur sydera cingit,  
Hos tibi gemmiferi dat elenchos litoreis Idas.
- La. Quae tibi Getula seruant corallia Syrtes,  
Tarsari tibi, Diæ, legant pro rade Draconis.
- Id. Ibo, Sarmatico rutilant que sacina ponto,  
Suspendam tibi, Diua, sacri præ manere ferti.
- La. Auspiciam trabes lego, Nerei Sidonis, ostris,  
Austriada cogunt freta caude rubescere Thraci.
- Id. Gemmae virginina, Triton, vebe dona Tiarę,  
Illa poterit super nos Diuam inferre coronam.

Hac memini altera dudum certanima Musa  
 Inter Erythraeos caua reddere saxa recessus.  
 Nec non illa suo pro carmine dona tulere,  
 Pro quibus ipsa iterum v' cet in certamina Siren  
 Pieridas, rursam Aeolides Tritona laceffas,  
 Gorgoneo teretem balat hic è cespite truncum:  
 Quo procul infidatis calavit Ariona nautis  
 Abimædon, medias v' ætæum delphine per undas,  
 Et maris insanas vulcentem voce procellas.  
 Fecerat & Zephyri crispantem ad flamina fluctus  
 Nerea diffusa, quoque aura aspirante capillum.  
 Alter Erythraeæ matris pro munere testam  
 Arte laboratam tulit. Illic moenia cantus  
 Dirceosque excise lares Amphiona pleetro  
 Cernere erat ferrique leues ad carmina cantes,  
 Vatis & ad numeros Aracynthi assurgere rupes.



POLYHYMNIAE.

ECLOGA SECUNDA:

Loridas, Lidorus.

Ad P. Iulium Cæsarem Recupitum.

A Ctia Chalcidico referat mane baccina versa,  
 Nuper Erythraas quæ carmina læst ad undas  
 Aduena Pætoii Loridas, Lidorus Hydaspis  
 Certantes. Quorum ad numeros delphines in arbor  
 Insolita vixt per aquas gestire chorea,  
 \* Inque modum tremuli sinuare octavino fluctus.  
 Carminè quocaptæ fremitus profferre procelle.  
 Et per inania nimborum posuere caducitas.  
 Nec non summa super tenuit canor equora bobas.  
 Immemores rorantis opes arcescere Cæli.  
 Tu mihi, seu Gray referas arcana Lycei,  
 Naturæque adyta, & reram penetratia lustras,  
 Orbis & à prima scrutaris origine causas.  
 Seu comes Aonidum, redimitus Daphnide, Phoebò  
 Haud minor incedis, citharaque canorus eburna,  
 Indigens ripa Permessidos inter olores

Aemu-

*Aemula Dirceæ modularis carmina pleſtro:*  
*Siquis honos, Tbetidis per saxa rudentis, & oras*  
*Perſidis, hac olim memorabere, \*Iule, camœna.*  
*Rubra licet mirata ſacrum ſint litora \*Vatem,*  
*Cuius ad prævagi requierunt murmura ponti,*  
*Plauiſit & ad numeros Triton, ſalire per undas*  
*Nereides hauſtas cum fluctibus illa per hoſtes*  
*Ibat ouans, miſtumque choris præanacanebat.*

*Pergite \*Erythreides. Aurea Gangetis ab unda*  
*Extulerat, roſei uix Lucifer oris honores,*  
*Et liquidum per inane leues præciuerat auras,*  
*Irriguum quaterent quæ molliſſibus æra pennis;*  
*Vnde fati ſcences traberent cœli: ſiſta matres*  
*Semina, rorantique \*tumeſceret alius ab imbri.*  
*Cum Lorida, molles lambit quæ fluctus arenas,*  
*Pulſaque muſcoſi ſalit unda crepidine ſaxi,*  
*Hos arguta modos ſibi reddere ſaxa docebat.*

*Phoſphœra, ſyderum cogis dum ſignifer agmen*  
*Ecquæ ſtatitate fax æmula ſungit Olympo?*  
*Ipſe ſuo præterceſſit Jupiter ore, neſſigini*

*Ipsæ suo Marcors, aurove superbit Orion,*

*Pleiades sue, Hyades sue, Lycæonyque Eryonæ,*

*Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eo.*

*En roseos fugiunt ut Eoi nubila vultus*

*Eius ut adventu calum Zephyritides aura,*

*Et liquidis volucres concentibus æthera mæcent*

*Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eo.*

*Lucifer, undosi vident tibi carula regni:*

*Nam tua gemmiferas affiat lux pronuba matres,*

*Cum se concha satum calique, marisque maritat.*

*Te surgente, rubent roseo conchyliis succo*

*Teque rubent rosels surgente corallia ramis.*

*Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eo.*

*Cerne, tuos quo Flora sinu se pandit ad ortus,*

*Phosphore, quo tellus sternit tunc ab illa cultu*

*Quæ potis ipsa solnis nascentem amplectier ambit,*

*Rosidaque ladalys detergere floribus ora,*

*Quæ, genasque, nonis cingit tempora fortis.*

*Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eo.*

*Turpe Dionæi nominis tibi, Lucifer, affi*

Quis dedit, & fœdo cœli decus igne notavit?

Hinc tibi & ora rubent, & ros tibi diluit ora,

Infando tergas ut iniustam nomine labem.

F de tuum reduci, mea buccina, carmen Eoo.

Quis mentem in sano percussus Apolline Vates

Ausit Acidalia aſtris adſcribere flammam?

Mentis inops Vates, an inops mage mentis Apollo?

Ipſe ſuo deceptus Apollo numine mentem,

Ipſe ſuo mentem deceptus Apolline Vates.

Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eoo.

Ille ſua dum prima canit cunabula Diæ,

Et genus eſpumei mentitur origine ponti,

Tam fœdis undas natalibus inſicit, Ipſe

Vix que at ut ponti luſtrare piacula Nereus.

Ede tuum reduci, mea buccina, carmen Eoo.

Aetherium conchis age, Lucifer, ſingere rorem,

Roris, & guttis niveos excude lapillos:

ſcilicet has canet in hac, as riuiffe, liquentes

Tethyos ex oculis lacrymas, cum funus Achilli

Fleret, & inſanis incenderet aſtra querelis.

*Ede tuum re duci, mea buccina, carmen Eoo.*

*Phoebæ sed cede faci iam Lucifer, Idem  
Hesperus hinc sera redeas ut nuncius umbra.*

*Rore graues magis ima petunt è gurgite matres,  
Defendant teneris ut fœtibus ignea Solis  
Tela, \* nocent grauibus soles, & nubila fœtis.*

*Desine iam, repetes cras, buccina, carmen Eoo.*

*Hac matutinas Lorida iactabat ad auras.*

*Iamque fluentis fona Lidorus ab aggere ripæ  
His recollit magica rhombos, & carmina Musa.*

*Lid. En sperus, arcanis hic fida silentia Sacris.*

*Hic puer, exuto vinculis pede, siste; marinis*

*Dijs ubi muscosam de more sacraulmus aram.*

*Siste puer lauo nudus pede, lectaque flammis*

*Thura ter adde, ter aquoreos superingere rores,*

*Rhombus hic ad Sacrum glomerat dum licia carmen*

*Carminè gemmiferas huc cogimus illic matres,*

*Quas per Erythraos captat Syrus advena fructus.*

*Necte voluminibus citha nocte volumina iurbo.*

*Turkine, vel media tropidus se luci tegit sol,*

*Ter-*

*Turbisq̄a præcep̄s vertigine sistitus amnis ;  
Turbinis in morem fleēt at sese vnda propinqui  
Litoris, indigenas torquens huc vortice conchas.*

*Necte voluminibus cita necte volumina turbo.*

*Dori, tibi hac primūm vacua conchyliis testa  
Proijcimus, refluxus que reddit ut astus arena,  
Sic age captiuas hęc rursus ad aquora gazas.*

*Necte voluminibus cita necte volumina turbo.*

*Tergeminos nodis tribus insere, Mæri, \*cylindros,  
Cumque his dis, profuga te nectere vincula præda.*

*Necte voluminibus cita necte volumina turbo.*

*Hęc velut bæres, unt saxis, astuque fatiscunt  
Ostreæ, litoream euoluit qua fluctus in algam ;*

*Sic scopulis allisa latus, dissutaque costas  
Cymba, procul nuda prædonem exponat in acta.*

*Necte voluminibus cita necte volumina turbo.*

*Contere \*Gorgoneo roseas è sanguine cautes,  
Erutaque ex imis virgulta corallina saxis,  
Ne quæ dura sinant mollescere pectora Dire.*

*Necte voluminibus cita necte volumina turbo.*

Talis ad hæc profugas illex trahat equora conchas,  
 Qualis, ubi sensit cautos \* Magnæssæ metalli  
 Illecebras, notosque chalybs afflanit amores,  
 Vltro avidis inhians venientem \* amplexibus amlit,  
 Heret, & arcanos nescit dizellere nodos.

Neete voluminibus cita neete volumina turbo.  
 Quem Garamas orycthe Libyca scrutatus in acta est,  
 Semusium in mediis laeva mihi procyce succis,  
 Trojice, captivas debent hæc muneragazas,  
 Scilicet hæc omnes redimet iactura rapinas.

Neete voluminibus cita neete volumina turbo.  
 Hæc dedit Eridanus mihi succina, plurima ripa  
 Eridani glauca de cortice succina manant.  
 His ego vidi Herylum gemmas e pumints alueo,  
 Defossas & opes imis excire latebris,  
 Fluctibus & raptas ad litora cogere merces.

Neete voluminibus cita neete volumina turbo.  
 Ehrutilos inter concreta \* ceraunia nimbos,  
 Tres adamantinas incisæ, ter ihita fuco  
 Muricis, hæc tonitrus, hæc fulminis elicit ignes.

At licet ad celi sonitus \* horrescere matres  
 Cogat, & afflato igni livescere fetus;  
 Nil moror, hac modò ploret inops dispendia prado,  
 Assyria qui peppe fretum papulatus Erythra.

Nec te voluminibus cita nocte volumina turbo.  
 Aspicias, ut flammis vri metuens \* amiantus

Corripuit: vapor enim aras innoxius inter

Errat, & extremos Sacrorum in fœderat honores!


Nescio quâ pelagivâ aggerat aquæ æquarum.

Scilicet huc adstruit opes præruptus aqua mons.

His gemet æveris sibi fluctibus aduenapudam.

Fallimur an, qui odere, sibi sua vota secundant?

Parce redorati nona parte volumina turbe





## APOTHEOSIS,

Siue

## ECLOGA TERTIA.

Leladas, Chloreus, Elgon.

Fortè peragratis sese referebat ab Indis  
 Pama, per & Libyes, Erythraque, & Persidis oras.  
 Ibat, & augustum Sacris Heroa canebat  
 Saberidam, qua non felicior alter Auerno  
 Ereptat celi ad Capitolia vertere preda.  
 Hic Leladas rubri non ultimus acola ponti,  
 Cui vel Arabs, vel Persa legit conchyliis, cui tot  
 Fert Erythra, nec non tot Persidis unda lapillos,  
 Excitus ad tanti præconia Nominis, aram  
 Indigeti, vigilesque ara sacrauerat ignes:  
 Aspera quæ saxis, & adeso pumice rupes  
 Incumbit, fidi que fouet testudine tecti  
 Immunes operum, trepidosque à turbine nautas.  
 Persidis hic ergo magnus omnis, & omnis Erythra,

Om-

Omnis Arabs, omnis prociat accola venit Orontis.  
 Liqueat & Arsinon Elgon, Berenicida Chlorens.  
 Gemmiferas imo scrutari in gurgite matres  
 Gnarus uterque, vagasque indagare conchas;  
 Nec minus argutos modulari ad buccina cantus.  
 Tum, simul indulfit voti reus aduena Sacris,  
 His Elgona monet Leladas, & Chlorea dielis.  
 Le. Quin tua nunc, Belgō, tua quæ ad buccina, Chloren,  
 Hac meditata tenus modularis Carmina, Muse  
 Quæ memorent, calumque suis concentibus addat:  
 Saberiden toto Numenque, & lamen Eoo  
 Dicite: conciliet uestris sic Numina votis  
 Saberides, pleno matres sic vbera cali  
 Imbuat, & pleno bebet vbera lucis alumnas.  
 Tu prior alterna, Chloren, dabis orsa Camæna,  
 Nomina cui virorum, & viridis dedit omina ferti.  
 Chl. Saberida funus Sinarum in limine Ganges  
 Flebat, vos scopuli testes, & litora Gangi,  
 Deplerent oculi geminis dum fontibus ornant,  
 Illius exanimam tegeret qua corpus, & omnes  
 Naias

Naiadas ad fletus, tumulique ad Sacra vocaret. O  
 Non vlli Conigenas sine Oceanitidas ondis  
 Eruerunt, nec summa fuit per carula matres  
 Stipauere Ducem, patulo non ero lloquentem  
 Concha pruinoso captiuit ab æthere rorans.  
 Qua maria, aut qui vos. sub aquis habuere recessus,  
 Dorides, excepit nuda cum litus arena  
 Saberiden, & strata latus vix alga leuaret.  
 Nam neque gemmifera. vos litora Doridos, aut vos  
 Vlla potis tenuisse suis Thetis Inda sub antris.  
 Illum etiam Aurora, illum etiam fleuere dies  
 Lumina, desertique iacentem in litoris acta  
 Lucifer, Occidit fletibus & litoris ignes.  
 Vt decori bacca est, decor est et purpura conchis,  
 Caratresque mari calor, & corallia saxis,  
 Tu decus Hesperijs, defleuit ut Indas, ademptas  
 Luciferi radios, extintum & fleuit Eoum,  
 Nunc legit & patrij Conchyta pelonidas ondis  
 Gemmifera quibus ante coegerat agmina prada:  
 Pro Cyanis viola, pro caeruleo Hyacinthe.

Et.

*Et, quos Indus dabat vulgò primò ora, lapillis;*

*Vlta, & litoris algæ iactantur arenis.*

*Ferte \* rudes ad Sacra, maris pro, ueribus, Indos;*

*Indigena; sibi Sabæides hos mandat honores.*

*Ite, et opes Erythræ, & tumulo addite carmina nauæ.*

*Omnia Sabæides Soli par, dissidet vna;*

*Hesperijs alter Sol conditur, alter Eois.*

*Le. Talè tu tū nostras, Chloren, melos influit aures,*

*Qualè liquor cali concubij, a quælibet fluentis*

*Nilus hinc corrigat palant, hinc arua Canopi.*

*Iam tua nunc, Elgon, gemina prætonia Musa*

*Sabæida sublime ferant ad sydera nomen.*

*Elg. Diue potens Eari, cui Romula rite litatis*

*Gens operata Sacris augustos libat honores,*

*Aspicias hæc, Arabes, & quæ tibi munera Perse*

*Deferimus; nec gens tantum Tithonia cordi*

*Est tibi, nunc inter Diuos, Per si quis Eoi*

*Est amor, afflaunt dij cui luminis auram*

*Illa tui vis eloquij; per si qua tuorum*

*Memnonidum pietas; tua quod imponere dor-*

*Visu quies olim, dein tollere ad æthera virtus;  
Dexter adi, tua Sacra, precesque, & vota secundes.*

*\* Arida ne concbas Aurora eludat biantes,  
Ne tonitru horrescant matres, neu lurida baccas*

*Signa notent, matutinos neu nubila rores*

*Inficiant, vitientque suos concbylia fœtus.*

*Annue, nam patis es. maestati infigne ferentem*

*Numinis Ipse iubes passis te appellere chelis*

*Reptantem undigenam; maris & dulcescere lymphas*

*Cogis, & insanos pelagi subsidere fluctus.*

*Tuta per Oceanum volitant te vela magistro:*

*Tu regis abreptas undis, & turbine puppes,*

*Quò statio vocat. Ipse rates Portunus, & ipse*

*Castor agis, reduces soluunt tibi vota carina,*

*Vota tibi soluunt functi discrimine nauta,*

*Nimborumque vocant, tempestatumque potentem,*

*Nam tua vis nimbos, tempestateque coërcet.*

*Nunc aram cumulent, araque crepidine carmen*

*Conchyta, inscribāt, quod Eous ut advena quondam*

*Legerit, ipse sua fatum gratabitur ora.*

Clauditur ad Solis cunabula Legifer Euri  
 Saberides, gemino se iacet vt Eurus Eoo.

Lel. *Qua tibi qua Leladas tali pro carmine reddat  
 Proemia? quaeue tua nunc plaudent adorea Musq?  
 Nam, neq; Maandri prope flumina carmen olorom,  
 Nec tam dulce melos Sirenum ad litora, nec tam  
 Halcyonum dulces resonant per saxa querela.  
 Haec tamen ante tuum, Chloreu, fit buccinamunus,  
 Cyaneis illusa notis, & muricis ostro.*

*Aspice, purpureum rubor exprimit aequor Erythra:  
 Caruleum color en cyani iubar exprimit atra!  
 Qui genij lusus! Elgon cape manus Elenchi,  
 Detulit huc patrijs Garamas quem super ab oris.  
 Luciferis insignit notis, quantum instat Eoi  
 Aetherij quos baccia fatuus ostentat honore!*



ATLANTIAS.

Epigramm.

Epigramm.

EGLOGA QUARTA.

Qua Epinicius canitur ijs, qui è Societate Iesu in  
 mari Atlantico, ad insulas Fortunatas,  
 à Piratis. Calvinians occiderunt.

Nunc age caruleæ maioribus ire per undas

Auspicijs tubet harva namque buccina cantu.

Herculeos ultra fines, semotaque longe

Litora, \*Roritha præfert tibi plurima quædam

Quæ prædit Blysa misticibus Insula gelhis.

Hactenus Arfudanæ Erythrae litæa puppis

Legerit: hinc passis in uet. equæ curre velis.

Æquora purpurei spumantia sanguinis æstu,

Præ quibus ipsa minus maris unda rubescit\* Erythrei.

Actbra faue. procul Hædæ hor ostia meta.

Iam nemora Hesperidum, Fortunatae que patefcunt

Insula Oceano in magno. procul arduus Atlas

Plau-

Plaudit, & audaci gratatur ab axe carinæ.

Auræ\* Mantos venis iam carminis etas.

Alter adest iam Tiphys, & altera quæ vchatur Argos.

Delectos Heroas, quantæque agmina fuso

Sanguine, Atlantæi rubent quo, carulopanti.

Indigetum genus à terris arcessit Olympus:

Heroum nunc scæla refert Ignoscia Pubes.

Tu modò Loiole Genti, qua degener etas

Desinit, integraque redux ab origine Virtus

Surgit, & Afræa terris redduntur honores.

Auræque Iessæ tuique sub auspice Nati

Nomine, victricem da tollere signa Cohortem.

Teque adeo decus hoc parta per vulnera palma,

Præside te, \* Aseuæde, refert in signæ coronæ

Leetæ Manus, strictis offert quæ pectora telis,

Suldit & intentæ iugulos, & colla securi.

Te Duce, si qua minax Sæcys discrimina prædo

Objicit, innocuas saluet formidine mentes.

Ipsæ sacra, tutas sub tæmæginis egide turmas.

Ductonages superis que reges insignibus agmen.



Attibi cæsa Cohors, nullo licet in sula cultus  
 Prima tamen Palmæ fert omnia nomine, primos  
 Expedit amplexus, sparsisque dat oscula bustis.  
 Quæ mox lecta sinu ponit degurgite, gazis  
 Adiecere suis Nereides, æque recenti  
 Sanguine, conchyli Doris decus addidit ostro.  
 Oceano quàm vellet Atlas tum subdere dorsum,  
 Oceanum tot uidit Atlas ubi condere Soles!  
 Te quoque Lysidium uiderant, Hesperæ, puppes  
 Certa super certos uibrantem luminæ fluctus,  
 Signantemque uiam, Heroum quæ busta sub undis  
 Optauere urnas, & opes auxere profundi.  
 Nec non Hesperides, ditis custodia Syluæ,  
 Auricomos ad sacra ferent donaria ramos:  
 Aureus ut cultu templi nitor, aurea textu  
 Vestis, & aurato rutilent laquearia tecto,  
 Et solido referant uultus Heroes in auro:  
 Cæsa Cohors ubi rite suis dignabitur aris,  
 Et meritos Diuum terris æquabit honores.  
 At simul Heroum tandem, & facta per Ortygia

Fama canet, speratque ardua quibus utz nifang, nifan V  
 Ceperit, & tanta nevis in crebra summa irohanas, uia I  
 Ipse sum: Kickeduka dolen eubetra Paus nentio T. d. I  
 Ultra Indum, Gangarog; ultra, sum; agnina iungēt  
 Ammerie, Saisfetic, adonifere aqua Mafudā, uia to II  
 Inde subactasent, Heroas ab Orbis Bzifabta, uia I  
 Eque suo dūcant Heroas Iuponey: Orbis i uia d. I  
 Hesperus ipse suas feret ad donaria gazas,  
 Ipsa feret Matuta suos ad donalapillos.  
 Quaeque suis Seres depeftunt vellera fyluis,  
 Indū sanguine & mītabol mītabol mītabol:  
 Ut caues Ignatradim ueloz raprimat, oftri,  
 Utque Phryges tefturra uia d. cone dita pugna  
 Lausa ferta cubia, dextera que in fignia palmas.  
 O mibi uia fere fuporent. N. Namina uita,  
 Romuleus dum uita P. astra Heroobus astra  
 Vindicet, & merito pro cedis in xuguret aras.  
 Tunc ego gemmiferi lustrare cubilia Nerei,  
 Vertere Tritonum latebras, penitusque repostas  
 Ausim Nereidum sub gurgite quarere gazas;

*Vnde peregrinis eumulem salennia donis .*  
*Interea ceteri nato metiar aquor Atlantis,*  
*Et, Fortunatam quibus indidit Insula nomen,*  
*Sanguinea testis, & conscia litora palma . . .*  
*Ilicet Alcida peruadere claustra varina*  
*Ausus, ab Hesperidum mox aurea munerat uco .*  
*Fluctibus in medijs Heroum ad busta recondam.*



## E C L O G A Q V I N T A .

Eudorylas, is est

DIVVS SABERIVS DEPLORANS

Abreptam vndis

Cruci suffixi Seruatoris effigiem.

**E**Xtremum hoc Erythraea refer mibi butcina carinæ,  
 Nuper ad extremas Indi quod litoris undas  
 Audijt arguta meditantem ex aggereripa  
 Lucifer, & roseo stentem solatus Eod est  
 Eudorylam; rapida abreptum dum luget ab unda  
 Aere laboratum suffixi in signe Tonantis:  
 Quod fluctus super è nodo laxarat, ut iras  
 Mulceret Borea, atque aestu maria alta leuaret.  
 Cumque saos per saxa, suos per litora secum  
 Explorasset amans, & deplorasset amores,  
 Perdius hos, hos & pernox è pectore questus  
 Rumpebat, fluctusque feros, ventoique vocabat.

Lux meâ præcipites procul egerit æthere nimbos,  
 Et profugos quamuis pelago procul egerit Euros,  
 Quid iuvat! illa sibi mihi si procul abstulit oris  
 Lumina, queis cælum, tempestateque serenat:  
 Nubila mens mihi si curarum fluctuat æstu,  
 Pectora si subijt, qui cessit ab æquore, turbo.  
 Immitis Neptune, mei prædator, & omnes  
 Me sine delicias cordi furate præcella,  
 Siccine diuinis me auulsum perfide ab vlnis,  
 Perfide pacata rides nunc æquoris vnda?  
 Nec tibi, dum medio sublatum è pectore Numen  
 Fluctibus obijcerem, vlla fuit clementia præsto.  
 Cogeret ut nostris mitescere fletibus æquor.  
 Ferre venientes præ se nunc gaudia fluctus,  
 Nunc placidi iuvat aspectu gestire profundi,  
 Tam pretiosa sua condunt ubi dona rapina.  
 Qualia non Hermus, non gurgite voluit Hydaspes,  
 Pactolusue, Tagusile, sinus nec condit Erythræ.  
 Quis legat hoc alias conchyta sub æquore gazas?  
 Maius an vlla suis decus Oceanitis in vndis

Seruat, ab hoc tegitur quã que nunc gaza profundo?  
 Ipse sua Ganges auro quam præferat unda,  
 Ipsa suis Erythra quam præferat unda lapillis.  
 Gemmifera ne summa petant hinc equora matres,  
 Luciferi liquidos captent ut ab obere rores;  
 Clarior hoc latitat sub gurgite Lucifer, auro  
 Ille sat ore heat, sat vulneris obere conchas.  
 O si quis æthereas panti potis ire sub undas!  
 Viderit ad diis algas florescere vultus,  
 Densa que muscosas umbrare corallia cautes,  
 Et liquido fluctus spumescere muricis ostro;  
 Dedicuisse rudes etiam conchylia sensus,  
 Atque arsisse nondum imo sub gurgite flammis;  
 Dum calli ad rores oblita fatiscere, celi  
 Pignus amant festa circumgestire corona.  
 Non aliter quam summa. Ducem per cœrulea concha  
 Cum subeunt densæque Ducis latus agmine cingunt.  
 O miter illis si quis sub pæctore motus  
 Exciret calor! ut nostras audiret quæulas.  
 Inde queunt, et quæ hac referant ad Vidoræ prædium.

Inque meas Amor inde redux appelleret vlnas,  
 Obuia securos referant ubi pectora portus.  
 Fallimur? an rosei fallant è marmore rores?  
 Pùrpureæne rubent cautes aspergine? prodit,  
 Proditio maris è latebris insigne cruenti  
 Numinis, obsequiosa refert en cõncha rapinam!  
 Fortunatã nimis, tales non altera merces  
 Concha tulit, non ipsa finus quæ ditat Erythrae.  
 Quam bene, dum tali sub pondere carula tranas,  
 Detergis, quæ feda mari vestigia fesis  
 Concha, per Aegæum vexit quæ Cyprida pontum.  
 Huc ò gemmifera caelestia pignora cõncha,  
 Huc impellite aqua, Zephyrique ad flabra secunda  
 Hic finus vlnarum, & Statio fidissima cordis.  
 Te procul hinc, me aluz, quæ differat ira procella?  
 Sic questus, sic & reduci gratatus Amori est  
 Eudorylas, ima Ganges auditus ab orna.  
 Hæc resonare, cauis hæc reddere faxa sub antris.  
 Sed nos immensus Eoi litoris oras  
 Iuuerit bac lustrasse tenus. nunc ò mibi partem.

\* *Actius ora aliquam, qua substitit ipse, relinquat!*  
*Quò tandem emeritam liceat subducere cymbam,*  
*Prima peregrina tentare pericula prada*  
*Ante alias ausam, baccataque litora circum*  
*Ire, & Erythraei fluctus exquirere Nerei*  
*Trans Indum, extremiq; vebì vada prater Hydaspis.*





Itaque ille METAMORPHOSIS LIB. II. 200. MET.

EX Aurora Lacrymis

abstraxit lacrimas, statimque mirabilem

IN MARGARITAS.

Actus illis, et sic supra, et sic infra, et sic

ius, et sic supra, et sic infra, et sic

Oceanicandet quæ bacca per equos, Eo

Matris erant lacryma, cum Mênona fletet, Achillis  
Fatali extinctum Troiana ad Pergama dextra.

Hac adeo si nosse nouæ miracula formæ

Iuuerit; Ipse edam, conchuta quod Indus ad undas  
Gangis Acon cecinit, quod & ad Idas rettulit Idas;

Veetus Erythrais Idas, qui nuper ab oris,

Transtulit indigenas, Crateris ad equora conchas,

Hac quibus agnatas nascuntur origine baccas.

Quæ spolia è caesis suspenderat Hecior Achiuus,

Belliger Eois Aurora filius armis

Audierat, decorumque cupidine captus, ab Euro

Vertit in Argolicos Tithonia signa maniplos.

Vnius Aeacidae exuuias, atque arma referre

Cer-

Certus, uti resco Genitrix suscipere aera  
 Tolleret & clari tibi Sal inigne trophæi,  
 Ab quoties presura malis pollescere vultu,  
 Et matutino prona non liquescenta fetu  
 Vis a patris Matuta, quid ab, quid acerba lacessis  
 Fata pueri? matris tantum quid pectore vulnus  
 Condidi, & æternum quid inuris inulte dolorem!  
 Nam quis Achilleis amor est occurrere telis?  
 Natus ex ipse. Dea es, cui Nox, cui sidera fasces  
 Submittant patrio cui regia surgit Eoo.  
 Ergo vni infestus dum in prælia fertur Achilli,  
 Illius è telo dextra cadit, aura Parenti  
 Quæ per, inane, volet tanti prænuncia casus?  
 Illa quidem hinc superi citat orbis ad oras,  
 Si quæ infesta queat. Nato vice fata morari,  
 Moliriue præcul dubio discrimina pugne.  
 Quæ manent defuncti ino suspiria rumpunt  
 Pectoris, sollicitis salient præcordia fibris;  
 Nec lacrymis caruere genæ, iam fronte comantes  
 Defluxere rosæ, iam decolor oris honestas.

Nubila frons involuit equos. Eosq; & Arcton,  
 Et Pyrois vix Oceani se gurgite tollant,  
 Prouebitur vix summa redit ad litora curras.  
 Hic, ut erat tantis Aurora exterrita monstris,  
 Dum gemit, & liquidis irrorat lumina guttis,  
 Occidui Zephyrum properantem è litore ponti,  
 Tempora feralis redimitum fronde cupressi  
 Prospicit, agnoscitque citi presagia cordis.  
 Ac prius, aura neq; quam nuncia pertulit aures,  
 Aspectum ad Zephyri est acri exanimata dolore  
 Non ignara, cupressifero qui d' crine moneret,  
 Assuetus roseis innectere tempora fertis.  
 Luciferos vè Phoebus equos, currusq; morantes  
 Sensit, & Aurora lætus cognouit, Eos  
 Ipse gubernaculo lactis subit, ipse iugales  
 Flectit; inops animæ folio Mantra curuli  
 Dum reuocat fugientem animam plaudensibus Hora  
 Circumstant agram pennis, aurasque Sabæas  
 Sufficiunt, quot & ipse pyra diffundit odores  
 Ales, odorato reparans cunabula busto.

Iamque diem terris sue luce cecebat Eous,  
 Dum piceo cultu in mimborum obductis amictu  
 Tristia Memnonia præfert insignia Matris:  
 Cuius ab humenti stillantes lumine reres  
 Ditarunt gemmea Nerëia carula gaza,  
 Namque ferunt, Aurora rotis quæ substitit, et quæ  
 Duxit in exhaustos ad funeris omina fletus,  
 Vt quæ exciderant oculis ad litora, guttas  
 Concharum legisse cauis Nerëida testis,  
 Inque pares guttis vertisse sub æquore baccas,  
*Excoleret Titan hoc sibi dente caput.*

*Aureo dente nitet, seges aurea crinis; at oris*

*Aursa gemmanti Gratia dente nitet.*



## TÆNIA.

**T**ortilis in spiram religat tibi vitta capillum,  
 Vitta per auratas serpere docta comas.


Nec mirum, pexò quòd ut anguis oberret in auro,  
 Auricomi custos velleris anguis erat.



## RETICVLVM.

**I**nduit aggestus spiris redimicula vertex,  
 Contrahit & crines nexilis orbe plagæ.

Hoc aliena geret dum frons, anadema vocarint,  
 Hoc tua dum gestat frons, diadema vocent.



## FLAMMEVM.

*Pronuba luteoli defert tibi munera Flammei,  
Candentem roseo quæ præit axe diem.*

*Flammeus at vultum tibi cur obnubat amictus,  
Casta verecundus si tegit ora rubore*



## SIREN REDIVIVA,

Augustæ aduentu.

*Nostra peregrinos olim quæ ad busta vocabam,  
Et tumulo tantæ Principis ore vocor.*

*Excitor optate rediuiua ad munera luctis,*

*Me simul augustæ frontis ut afflat bonos.*

*Sol mihi lucem absens Fraternalis ademit, eandem*

*Debuerat præsens restituisse Soror.*



## NAVIGATIO AVGVSTÆ.



Hesperia tranquilla volent per Cerula puppes;  
 Quò vocat Augustam Cæsaris aula Nurum,  
 Quæque tua nobis rara ratem Zephyritis ab Æto  
 Ne Boxeam contra, neu verecra Notum  
 Nam simul Augusti tecum aura afflauerit oris,  
 Quis turbo, quem non Illa serenet, erit?



POLYHYMNIAE,  
DE SACRA SINDONE,

Tutela Ducis Albobrogum,



**P** Amato tui fat erant sub Numine Troes,

Hectori facti sub Duce Troes erant.

Turion Alpino Taurina sub Hectore Pubes.

Dia tegunt sacra quae simulacra neplo.

A nullo hic Heros vinci formidat Achille,

Hoc timet nullo Numen V. hysse rapit.



## AD DVCEM ALOBROGVN,

De eadem Sacra Sindone.



**T**hracibus infestas praedonibus infirae puppes,  
 Hac Zephyro classem calite Vela ferent.  
 Infer in Alpinos ultricia bella rebelles,  
 Hac superas cogent lintea signa Manus.  
 Hostibus obiectas licet eruat Annibal Alpes,  
 Hoc erit Alpinus, te Duce tegmen obex.  
 Parerat, ut cui tela dedit victricia Mauors,  
 Victrices telas ipsa Minerva daret.





## LVSITANORVM AVSPICIIS.

Vterque Indus Lustralibus aquis expiatus.



*Stravit iter quondam insano quâ thyrsus Iaccho:*

*Lustrali sternit nunc iter ensis aquæ.*

*Ensis Lysadum, subdit cui cornua Ganges;*

*Lysadum virtus, cui iuga subdit Atlas.*

*Scilicet Herculeas ausos transcendere metas,*

*Trans etiam Bacchi par erat ire vias.*



## AD VRBEM VENETIAS.



**V** Rbs Antevridana Genitrix tibi iure Cybelle

*Turrigerà cinctum subderet ance caput.*

*Illa suos docuit frenis parere Leones,*

*Nulla tuus didicit frena subire Leo.*

*Illa per Ideos si pergama perdidit ignes,*

*Ipsa per Adriacas Pergama reddis aquas.*

*Sit superi potis illa vebi super ardua mundi;*

*Stare potes Superi tu super alta maris.*



## DE EADEM VRBE VENETIS.



EN ubi Tarpeia decora amula suspicis arci.

Æmula Romano fargere rostra foro!

Hic tumet Adriacus Fuscus pro Tybride Nereus,

Proque Lupà nutrit Martia corda Leo.

Obrue Tybri tuas undis Pater obrue palmas,

Maior ab Adriacis laurea surgit aquis.






SIRENES PROPTER SEBETHVM,

AD CARDINALEM

BONCOMPAGNUM



*Turbine iactatas pelagi Sirenas arena*

*Excipiunt, liquidis quas rigat amnis aquis.*

*Huc ades, an cantum vitream modulamur ad undam,*


*Non habet haec cautes, non habet ille dolos.*

*Iam placidos hic suave tegas ad murmur ocellos,*

*Sat vigili custos est tibi luce Draco.*



## ASCANIVS ACARDINALIS A

in *Philamatinus*.De Symbolo Heroico *fil* Amaranthi.

*Nostra suis profert Insignibus Infula, laudum*

*Quae decora è priscis fama perennat Aus.*

*Purpureus veteres nunc flos integrat honores*

*Sanguinis, existat quò nouus usque rubor.*

*Et sua longæuo quamuis rosa decidat ostro,*

*Noster inocciduum Ver Amaranthibus habet,*



## AD PETRUM A CASTRO


Lemenſium Comitum.

## Aqua Caſtria.

Ipfum Neapoli abeuntem proſequitur.




**Q**ua nova nunc rivo tibi ſoluitur unda perennis,  
 Caſtriae, qui leni voluitur amnis aqua;  
 Te procul ad fines hinc uſque ſequetur Iberos,  
 Et medijs caecum fluctibus abdet iter,  
 Subter uti quondam fluctus illapſa Sicanos,  
 Egit inaccessas Aelidis unda vias.  
 I, licet, i; nouus erumpet Sirenis ocellis,  
 Te procul hinc nobis mox abeuntem, lateat.



## AD EVNDĒM LEMENSIYM COMITĒM

Eiusdem Aquæ

Ex ipsius discessu luctus.



*V*berior, purâque latex argenteus undâ,

*Quaque nouo viua fonte cientur aqua.*

*Immunes ibant ab inerti, Petre, uetera;*

*Nen præcul hinc, vino dum dabis, amne frus.*

*At simul hinc aberis, latice ne rere peremese.*

*Et sine te dum vis uiuere, rere mani.*





## AD IO: BAPTISTAM MANSVM

Villæ Marchionem,

Neapolitanæ Academiæ Principem.



**O**Mnes urbana Siren tibi laudis honores  
 Cum dederit, titulos cur tibi Villa dedit.  
 Rus nihil Aëta, redolent nil raris Athena,  
 Nil habet Urbis agri, nec habet Urbis ager.  
 Nil mirum, & Musa genitus Rhodopeius Orpheus,  
 Nomen ab agrestis nomine rupis habet.  
 Et decet, ut villa Tulla olim Academia nomen  
 Induit, à Villa nomen habere tuam.



## IN FUNERE FRANCISCI QUESADA



*Quantum Luciferi quondam instar habebat Eoi,*

*Quadryugis Heros cum veberetur equis!*

*Axe sed excussus, rapidaque abreptus ab unda,*

*En Phaëthoni funeris instar habet?*

*Cum cecidit Phaëthon, si plurimus arvis annis,*

*Dum cadit hic, oculis plurimus annis eat.*




284 POLYHYMNIE.  
AD CAESAREM FLAMMIVIVIVM,

Aquis extinctum.

*Aspicias à Italum modò lux extincta, cadenti  
officiosa tibi funus ut vnda paret?  
Frigentemque lauet te Nais, & efferat alueus,  
Mobileque in tumulum iam prope marmor eat.  
Vestra fides Superi! viua cui nomina flamme  
Indiderant, ausa cur dare funus aqua?*

AD FABIVM CAPYCIVM GALEOTAM,

Regij Senatus Praesidem,



**H**inc tua fert geminas Astraea dextera laevis

Arbiter arguto das ubi iura foro.

Hinc noxa praescribis dum iura Clientibus, addis

Vnanimi fidam se tibi mente Themis.


Et docet, Astraea qua Numine iura ferebat,

Vt Themidis scribat Numine iura manus.



MARCE DE VERITATE AC FIDE,

ANNALEVM BARONIORVM.



**H**aud semel Historici Vetum mendacia culant,  
 Multaque plus audent tollere, multa minus.

At memari progit nunc illa Baronius auro,

Qua decuit Verum prodere, quæque Fidem.

Huic vel Alexander scriptusue, Philippe, fuisse,

Esse tu maior forsitan, Ille minor.



IN HINDISERTISSIMAM

P. THEOPHILI RAYNAVDI

si *Angliam pro Religione differentem,  
errorumque Monstra  
proffigantem.*



*NOstra Periculis peteres cum pectora telis,*

*Vulnificam praeipes cuspide fulmen eras.*

*Calitis eloquio Suade dum corda rigares,*

*Ne Tarco felix obere flumen eras.*

*Ni teres, enadisque fores, hac vincere monstra*

*Dum potis es rerum pondere, Clava fores.*

*Das decus & victis, victrix dedit Herculis olim*

*Clava, per aetheras fulgere monstra plagas.*



## AD P. IOANNEM RHÓ

De Iphis Aurea Igneaque facultate

dicendi.



*Ad cordis micat ima tua vis Ignea lingua,*

*Aurea vis lingua cordis ad ima fluit.*

*Sic rutilo fulget nunc igne Diespiter, olim*

*Sic rutilans aureo Iupiter imbre pluit.*

*Aerati claudant mortalia pectora vectes,*

*Vel Iouis hac fulmen, vel Iouis imber erit.*



## AD P. BARPT. BELMEDERIVM

CONCORDIA

SALVE CORPUS

Vnde noui profers cultum sermonis! & artem

Qua simul ostentas, qua simul arte tegis?

Quam sinit ars aurei praeire honores!

Eloquij! comptus, quam bene uoce lepos!

Nuda Charis pulcro, si riserat ore, renidet

Pulchrior, ut cultus induit, Illa tuos.






## EMBLEMA. I. UA

Conuoluolus, &amp; papauer.

SAEPE CORPVS IMBECILLVM AC DESES,

Animi conatibus obesse.



*L*acne tener Iunonis habet Conuoluolus ostium

*Sanguinis an Paphy melle Papauer habet*

*Lilia pene videt Conuoluolus inuida, victa*

*Pene Papaueribus subrubuere Rosa.*

*Vicissent, victisque super capita alta tulissent,*

*Hunc nisi Fortigo flecteret, illa sepit.*



MEL È ROSCIDA FLORVM LACRYMA

\*Nepenthes ,

Quo luctus abstergitur.

)(~~ABCDEF~~)(

**R**idet odoriferis quà discolor Hybla frutetis,  
 E fruticum risu sugit apis lacrymam.


Qua potis est luctum detergere mellea; pectus  
 Inficit arcano cum mihi felle dolor.

Meror amaritiam lacrymarum è fonte propinat,  
 E lacrymis rursus mel mihi libat apis.

Et decet, agrescit lacrymis sicordis amaror,  
 Vt lacrymæ dulci cor mihi rore leuent.



## Aureus mellis color.



**D**Esierint rami Heliadum dare succina; rorem,

Succina cui cedant, Dædala fingit apis.

En color electri, en rutili color amulus auri!


Ipsè suis Phœbus quem velit esse comis.

Decolor Eridani mallet quo fulgere ripas,

Fulgere quo mallet decolor unda Tagi.

Aurea Secla vocat Saturnia si quis, ab aureo

Aurea nimirum Secula melle vocat.



## VIAE LACTEAE, LILIORVMQVE

Contentio.



*Quà super astra pluit Iunonis ab ubere cadoſ,*

*Peruia diffuso semita lacte nitet.*

*Quà pluit arua super Iunonis ab ubere riuus,*


*Crenit ad irriguas nobile germen aquas.*

*Illinc candenti si rore renidet Olympus,*

*Hinc quoque candenti flore renidet ager.*

*Ille immensa poli, hic Veris spatia annua lustrat,*

*Plus tamen Hic Vitæ, plus habet Ille Vitæ.*



## AETHRA, ET HYBLA

Astris, Floribusque certantes.



*M* nere certantes formæ vident æmula pratis

*Aethra suis flores explicat, Hybla suis?*

*Par trahit & fatum, par casus utrosque; cadentes*

*- Aethra facès mæret, mæret & Hybla rosas.*


*Hyblæos inter flores latet anguis; at Aethræ,*

*Si qua fides, flores inter & Hydra latet.*



## Heliotropium,

Solis desiderio contabescens.



**N**oster adhuc rutila spectabilis orbe corona,  
 Arduus & celsa fronte superbit apex,  
 Dum mea per cacas Noctis cadit infidias Lux,  
 Dum meus occiduis conditur Ignis aquis,  
 Scilicet induerem palla nigrantis amictus,  
 Ni tuus hic esset, Nox inimica, color,  
 Exuerem auricomæ, mea Lux, vel frontis honores,  
 Exuerem frontis ni simulacra tua.



## Astra diurna,

Ex ortu, occasuque Solis.



**F**los habet ex oriente eoi Syderis instar,

Occidit languens Syderis instar habet.

Ille refert sudor que Sydera nocte caruscant,

Hic, quæ committunt Sydera manes refert.

Suspicienda oculis sua cur Mox explicat astras,

Hæc ubi vult oculis explicat astras dicit.



Quae sibi quae Viola significat

Vere Antesignana.



Aspice, quae facili aperit Ver floribus animum.

Prauia pallentes Signa ferunt Viola:

Illa vident mixta pallescere Signa signatiora.

Illa vident pictis Signa praevia refert.

Vt tibi quod speres, dicens innocente sapientia.

Poenitentis praefert si tibi Signa colora.





Hyacinthus, siue Iris agrorum,

Cælestis Iridis simulacrum.



*I*llinc auricomâ pingit sol Iridæ nubes,

*F*loricomâ Verbins Iridæ pingit, agros.

*I*lla coloratos ostentat roscida vultus;

*R*oscidus huic picto proditur ore color.

*I*lla ciet pluvias, hæc membra tegens Hyacinthi,

*Q*uas pluvias Phœbo, quas tulit Iris aquas?



## Narcissus,

**Pulcrior nunc Flos, quam olim Puer.**

LIBER TERTIUS



**Q**ui Puer infida deceptus imagine lymphae,  
Occidit, Hybleis Flos adolescit agris.

**Pulcrior hac nunc est, quam qua fuit ante venustas**  
**Pogit** et ipse sui rursus amore capti.

**Seque iterum liquida speculatus imagine dicat,**  
**Plus mihi dat Tellus, quam rapuistis Aqua.**



## DE SIMVLACRO GYPIDINIS

Inter rosarum puluillos dormientis.

Ad Titum.



**Q**ui tibi cor spinis Amor urget, eterna mulcet

Inter Acidalia membra sopore rosas.

I procul ad pradas sopor est infomnis; Amantes

Vt capiat, cecos hae tegit arte dolos.

Ecquod ab insidijs tutum, Tite, tempus? Amoris

Dum caret ad fraudes ipsa quiete quies?

In simulacrum Cupidinis brulci

Totne rear ceco tutos Custode iuuenos,

Vnius Custos si bonis Argus, eras?



## DE SPLENETICO, AC VETERNOSO

Allegoricè,



*Naiada splen duxit thalamū tumida explicat aīam*

*Pronuba fert, tadas illecebrosa sitis*

*Hinc velut ad numerum saliantque micentq; choreæ*

*Pro fidibus, vernos pulsat anhelæ lues*

*Illibata tori tua sint, ut iura, cave splen*

*Pæoniâ nequis Naiada: vi rapiat*



SCULPTURÆ

## IN ADONIM MARINI,

Igni deuotum.



*Hippolitum reuocat Diana, Marinas Adonim*

*Alter equum furys occidit, Alter apris.*

*Sensit Apollineum praeſto ſibi manus Vterque,*


*Carminis Hic dices, Ille medentis opem.*

*Ille redit ſyluis, flammis exoſus Amoris,*


*Inque feras fidas ducit et ante canes.*

*Hic Veneris ne rursus eat maleſanus in ignes,*

*Makut in flammis, Mulciber, ire tuas.*



## IN HEAVTVS OTMORYMENVVS.



QVæ fax Saturni vos primo afflauit abortu,  
 Illa urbem exosos in loca sola fugat.


\* Est infesta dies, est noctes cura medullas;  
 Ferdius, & pernox conficit ossa dolor.

Huc profugus patrijs redeat si rursus ab oris  
 Saturnus, Natos an neget esse suos?

De nece Aprugni Hugonotidæ,

Calce Rudens terit Aprugni, implicitumq; capistro  
 Raptat ad immunda septa cadaver bara.

Quam bene fufus Paris ex aris transfuga nomen,  
 Cui dædæper, foluunt quam bene iusta sues?



## IMPIA HVGIONOTIDAE.

Pietas in Suos.



*Extulit urbanos Sacrarum euerfor in agros,*

*Quos vetus in templis urna tegebat Apos.*

*Idem, imbuta Sacris olim sibi nequa superfit,*

*Vno omnem tollit furore progeniem,*

*Haud pietas queat vlla suos sic \* tollere Natos,*

*Sic \* efferre Patres haud queat vlla suos.*

## IN APELLAM MOECHVM,

*Infensum apro suum aluere depopulato,*

*Si tua mella Lupas alerent, minus ipse doleres;*

*Sed quod alant Apros: hoc, Solymane, dolet*



IN LVCVBRATIONES  
Disertissimi Patroni.

FRANCISCI PAPA R

DE ANSERE,

IPSIUS INSIGNI GENTILITIO.



*Inter Apellineos hic eminet Anser olores,*

*Pierio dignum dum ciet ore melos.*

*Ad sua quo potis est deducere verba Senatium;*

*Ad sua quo potis est flectere verba forum.*

*Quid mirer latuisse Iovem sub imagine Cycni?*

*Anseris en Huius Sunda sub ore latet!*





DE EODEM INSIGNI;



Quam vigil Astræ penetralibus excubat Anser?

Quam bene, ne causâ ius cadat, ore caniti  
Anser servauit Tarpeias Iupiter arces,

Hoc tua nunc seruas Anseris iura, Cliens.

Quis responsa Iouem neget ore dedisse \*Columba?

En responsa dat hic Anseris ore Themis.

Horologium Solarium .


Tunc querebaris, traherent, quod flamina vitam,

Hic tibi fatales cum trahat umbra dies.


De eodem .

Aurea qua surgit sceptri sub imagine cuspis,

Dat tibi, Sol, leges; dat tibi iura, Ditis.



## GLACIALE MORTIS SIMVLACRVM.



*Aspicis insignem quam mortis imagine gemmam,*

*Horrida concretis bruma cœgit aquis.*

*Illa vel Arctois induruit unda pruinis,*

*Illa vel Alpinis torpuit unda iugis.*

*At glacie cur ficta: suum non vlla rigorem*

*Saluit ad ardentem si Libitina. rogos?*

Sepulcri Epigramma.


*Quò diuersus abis? quò te auis auocat error?*

*\*Intertus flectas; hæc tibi meta via.*



## AD LIBITINAM,

## DE CORALLINO EIVS SIMVLACRO.



*Sanguineo nunc forma rubet corallina vultu,*

*Cui prius exangui palluit ore color.*

*Vt Niobe, non ora rigent tibi, Namine laso;*

*Nec tibi, tot caesis millibus, ora rubent.*

*Sed tua quod nullo mallefcunt pectora sensu,*

*Apta tibi solers extudit ora faber.*

*Scilicet in lapidem vertit cui viscera Gorgon,*


*\*Gorgoneus quid ni fixeret ora crator?*



## FICTILIS HVMANAE VITAE

Imago,

AD AENEAM MORTIS IMAGINEM.



**A**D mea quòd nescis, Mors, flectere vota rigorem.

*Te rigido solers extudit aere Myron.*

*Debuerat gemino tibi forma rigere adamante,*

*Vt tibi fatalis lex adamante riget.*

*Scilicet exuuias dum tot raris una; triumphis,*

*Par erat, ut starent aenea signa tuis.*

*Mollius ars signum ni reddidit, esse refugit*


*Vel tuus in ficto mollior aere rigor.*

*At, mea frons ne quid durum, vel ficta referret,*

*Ars mihi cognato mollijt ora luto.*



COR OCULI TEGUNT, AC DETEGUNT.



*QV* à mibi perspicuum geminà cor luce recludis,

*Quà geminà cæcum cor mibi luce tegis.*

*Tam bene non vlla possent res abdere noctes,*

*Tam bene non vlla res aperire dies.*

*Condere cor valeant quæ pectoris imaꝝ patentés*

*E' gemina pandit cor ubi luce fores?*


*Cordis inaccessas valeat quis nosse latebras?*

*Sub geminà cæcum cor ubi luce latet?*



## DE SPECULO FLUVIALI, AC VITREO.

Ad Narcissum,



*Sæpe tua, Narcisse, refert insignia forma,*

*Qui nitidus puro liquitur amne latex.*

*Sæpe tuos fida profert ab imagine vultus,*

*Obvia fit puro que tibi forma vitro.*

*Nulla magis formæ similis respondet imago,*

*Nulla minus fictas exprimit ore notas.*

*Nam spatys eui si diffluit inde venustas,*

*Sic cadit hinc facti casibus oris honos.*

*Quàm bene mentitur fragili se gratia vitro?*

*Quàm bene se fluxis gratia fingit aquis?*



## TVMVLVS ACANTHIDIS.



**S**enticomam volitans vicino in limite sepem,  
 Fundebas liquidum qua mihi carmen, avis,  
 Dum cadis, in molli tua condimus ossa refecto,  
 Mollia fugebas carmina, molle cubes.  
 Scilicet & spinas qua vixeris inter Acanthis,  
 Debueras inter decubuisse rosas.

## Solarium Horologium.

En ubi lucis eget, quò sit spectabilis, umbra!  
 En ubi lux umbra, quo uideatur, eget!





**H**oc rigor Arctæus cogit sub marmore Vatem,  
Pectora cui sædo mollit igne Cypris.

Vndique concreſcunt glacialibus oſſa pruinis,

Vndique Rhiphaeo ſtringitur verna gelu.

Quàm bene dat pœnas ignis cinis iſe luuntque

Ipoſa Dionaas quàm bene buſta faces!


Inter Acidalias arſit qui pectora flammas,

Inter Hyperboreas nunc riget oſſa nives.





## LARTIS SENIS, ET OTHONIS PVERI.



**L**arsiacet hic, & Otho; proauusque neposque; coëgit

*Ire pares uno quos Libitina rogo.*

*Illius haud unquam visi canescere sensus,*

*Visus at Hic seros mente præire dies.*

*Ab Lachesis quàm lenta Seni deuoluere pensum!*

*Quàm Pueri præceps exonerare colum!*

*Hic citò quid raptus? tot lustrà quid Ille superstes?*

*Esse senex Hic est creditus, Ille puer.*



PVER ALLOQVITVR PATREM,

Cuius imaginem oculis, & indole

referebat.



*Ille reidentis te reddit imagine lucis,*

*Qui tua natiuis exprimit ora notis.*

*Scilicet ut Nati tua ludit in indole virtus,*

*Sicutus in Nati lumine ridet bonos.*

*Exiliens e corde, subit tua lumen imago;*

*Exiliens rursus lumine, corda subit.*

*Iam tua nunc oculis cernis puerum ora referre,*

*Mox iuuenem cernes facta referre manu.*



MARE TRANQVILLVM,

Cæli simulacrum.

Aetheris, Aerisque Dialogismus .



Aether. *Dum vitreos tranquilla sinus arridet Eo*

*Doris, & innubi Carula mane silent;*

*Aspice, quæ Nereas referat spectacula, teque*


*Ludicrâ ab insanis auocet unda Notis.*

Hæc Æther; cui tristè gemens hæc reddidit Aer.

Aer. *Te maris aspectus, te magis, Aethra, iuuat*

*Ipse meos liquido contemplor in equore fletus,*

*Clara vides formæ tu simulacra tuæ.*



## NOSTRVM EX HYDRVNTO

Neapolim iter,

Aduersis tempestatibus obnoxium.



**F**Rigida Zona via mihi nuper Iapigis astit,

Arfit Hydruntina torrida Zona via.

Præteriti quoties æstus erat affecla frigida.

Affecta præteriti frigoris æstus erat.

Iam reducem Sirenis habet clementia: Zona

Temperies mediæ debita, meta fuit.




## EGRI ANIMI SYMBOLVM.

Bombyx.

CVM ELOGIO PSALMICA

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ.



**C**Or alia ex alijs nec itit sibi vincla, suisque

Canceris, ut bombyx, cogitur esse faber.

Spes alit hinc folijs, ut saepe virantibus, ex spes

Hinc viridem carpit spem mihi saepe metus;

Spemque inter, trepidumq; metum videt unâ remâsci,

Vna videt toties me simul hora mori.

Mille debinc iterò curarum exordia, mille


Nexa cupidinibus sunt mihi vincla meis.

Vna meum potes eripuisse, Columba plagis cor,

Ni tua, quæ nostrâ consulat ala fuga!

## APOLOGVÄ.

Os tegit, ac detegit mores, & ingenium.



**H**ospes Hydruntinū p̄ctā cerneret kinnus Onagrū,

*An fuit hic nostri sanguinis auctor? ait.*

*O sator, ò nostræ stirps inclyta gentis equini*

*Plus mihi, quam vestri sanguinis esse pudet.*

*Mox ait, audiret vocem cum fortè rudantis,*

*Degenerem talis quàm iuvat esse patris!*




## VESUVIANVM INCENDIVM.

Eadem portendit Othomano.



*N*uper anhelantem ruptâ fornace Vesuvium  
 Vidimus ambusto volucres saxa iugo:  
 Et volucres piceâ glomerantem nube favillas  
 Terrificâ cacum condere nocte diem.  
 Caesaris extinxit cum cæde tyrannida Brutus,  
 His monuit cædem Caesaris Aetna minis.  
 Martia conspiret socio cum fœdere virtus,  
 Et nova iuratos cogat in arma Duces.  
 Simontana canunt incendia fata Tyrannis,  
 His tibi portendit mons, Othomane, necem,



## IGNIS VESUVIANVS

Bacchi, Cererisque vbertatem portendit

Campanis.



**I**lle potens olim Campanae Vesuius ora,

Ardens hinc terris, ardens inde mari:

Qui Bromij sceptro, Cererisque potitus; utrique

E. gemino montis culmine iura dabat.

Nunc quassat caput, ardescitque furore, malignus

Indignatus agros deseruisse fidem.

Nam solito haud pendit fructu vectigal Iacchus,

Nec solita reddit messe tributa Ceres.

Quin timet, insidias ne quis struat intus, & ignes

Verticis ostentent nequa pericla, tremit.

Parce metu, te mox in regna, Vesue, repones;

Igniuomus regni nunciat omen apex.

T a

E



Plinij casus, & Campaniæ vastitas.



*Q*uo Genij ridentis opus Campania, quonam

*Natura Interpres Plinius hoste perit!*

*Anne Gigas magnâ pressus sub mole Vesuvii*

*E' Styge funestas torfit utrique faces?*

*Sydus Hic Ausoniæ, potuit Calum Illa videri.*

*Æquior an Calum ferret, an astra Gigas?*



## E' VESUVIANA ELVVIONE

Campani agri Felicitas.



*V*esuius agrestes ignis decussit honores,  
*V*esuius urbanas obruit ignis opes.  
*P*arcite iam flamma precor urbibus; una renasci,  
*U*na potest Phrygio Surgere Roma rogo.  
*T*orridus exundet vortex licet usque per agros,  
*U*sque licet terrens excoquat arua cinis.  
*H*is tamen haud unquã cõturbat ab astibus\* equor,  
*H*oc tamen haud unquam decoquit igne solum.



POLYHYMNIAE  
 CAMPANIAE VBERTAS

Ex igne Vesuuij,

Nonne vides, Siren, felicis adorea messis  
 Quo tibi Campanus fœnore reddit ager?  
 Post pluuios latè Cineres, ignesque Vesuei,  
 Entibi quo replent ubere præla lacus?  
 Liber & alma Ceres en quos eduxit alumnos,  
 Sensit ut altrices ire per arua faces!  
 Iam quæ Nilus aquis beat arua, quis inuidet, igne  
 Si tua nunc, Siren, Vesuius arua beat?



## DE VESUVIO REDIVIVO,

Deque nomine Campaniæ Felicis,

Ad Parthenopen .




*Parce oculorum ignes, Siren, torquere Vesens,*  
*Parce, biceps intus sat fouet ignis apex.*  
*Extinctione animam, lucemque afflare tuendo*  
*Ardes, & tanti basta animare rogi?*  
*Auguror, et Phoenix existit ab igne, resurges*  
*Sic nouus accensa Vesuius igne pyra.*  
*Cuius agro \*felix dat Arabs sua nomina ferre,*  
*Quin sua det Phoenix omina ferre iugot.*



VESUVIVS DIRIMIT.

QVOD EST INTER CAMPANIAM,

Siciliamque à natura discrimen,



*E*Vhoici Sirenes habent Crateris arenas,

*Sicana cum Scylla saxa Charybdis habet.*

*Induit æternis se Mergillina viretis,*

*Deciduis ornat floribus Hybla caput.*

*In mare Sebethus puris deuoluitur undis,*

*Inficit Alpei sese Arethusa vadis.*

*Sic licet has olim Natura diremerit oras,*

*Quid iuuat? en cogit Vesuius ire pares!*

*Aetna fit ipse minax, accenso verticis igne;*

*Ipsè fit, extincto verticis igne, Cyclops.*



## DE VESUVIO REDIVIVO,

Parodia.

*V*irente nunc Vesueus ille pampino  
 Opacus, ante flammea rubens comâ,  
 Chymera ait fuisse quam simillimus;  
 Et instar Aetnae, ab abdito faces sinu  
 Ad astra sustulisse; siue fumido  
 Rotaret igne soxa, siue pumices.  
 Et hoc negat propinquius Neapoli  
 Negare litus, Insulamue Capreas,  
 Dicarchida, fretique Iulij sinum.  
 Quibus virere visus antea, procul  
 Dein flagrare: nam biuertici è iugo  
 Faces tonante saepe dispulit globo.  
 Auerna Nais, & Pblegrae Mulciber,  
 Tibi hac fuisse, nunc & esse cognita

Ait

Ait Veseus: abdita ex origine  
 Tuo estuasse dicit è bitumine,  
 Tuàque sulfur extulisse de Styge.  
 Et inde tot per Orbis exteras plagas  
 Faces tulisse; flamma, siue nubilum  
 Subiret astra; siue utrisque turbida  
 Simul procella subsiliret è rogo;  
 Ab intimo fauilla dum furens specu  
 Abit lacunar usque Olympiæ domus.  
 Sed hæc prius fuisse: nunc racemifer  
 Ut ante prela replet, & noualia  
 Nouis subacta bobus asserit tibi;  
 \*Colone Liber, & Colone Liberi.



GRATI ANIMI VICES,  
ERGA ISABELLAM FELTRIAM

Bisimianensium Principem.

Societas Iesu.



**F**eltria, quòd nobis tot millia prodigis auri.

*Promeritum, terra quà patet ora, patet.*

*Inde patet, Matuta diem quà detegit undis;*

*Hinc patet, extinctum quà tegit unda diem.*

*Inde patet, gelido quà cogitur unda sub axe;*

*Hinc patet, e gelido quà tepet unda Noto.*

*Par Ignatiadum meta est tot millibus Orbis,*

*Metaque par àuri millibus Orbis erit.*





Eadem Iesu Societas,  
 DE EIVSDEM PRINCIPIS ERGA SE  
 BENIGNITATE.

Ad Metaurum Fluvium.



**I**am potes auriferis par ire Metaure fluentis,  
 Dum tua tot nobis Feltria fundit opes.  
 Aureus est cultu templi nitor, aurea textu  
 Vestis, et aurato fulgeat ara tholo.  
 Flumina non aliter rear aurea: talis Hydaspes,  
 Talis apud Lydos aurifer Hermus erat.



EX PARENTALIBVS


MARCELLI CASTANEI,

Cuius hæres ex asse Catacense

Societatis Iesu Collegium.

MARCELLVS CASTANEVS,

De Echino, Insigni gentilitio.



*Ante meum clausus si Insigne notabat Echinus,*

*Hac ubi nunc urna condor, Echinus bilet.*

*Me licet abstulerit mors immatura, fatiscens*

*Sat matura dedit carpere dona calyx.*

*Impia vis ferro nihil unde excluderat, omnes*

*Vna suo Pietas igne reclusit opes.*

*Nam, cum maturos solus calor edere fructus*

*Possent, hic Ignati venit ab igne calor.*

CLA

## DE EIVSDEM IN NOS BENIGNITATE,

In Inuidum.



**N**Equamans fructum raperet, pungebat echinus,

Nunc ubi dat fructus carpere, pungit adhuc.

Nam sua dum nobis ultro dat munera, pectus

Inuidia cecis pungit acaminibus.


Inde pius potis est ardor si rumpere fructus,

Hinc patis est linens rumpere corda dolor.



## AD MARCELLVM CASTANEVM,

De soli Natalis Insignibus.



**T**ergeminus frontem qui tollit ad ethera vertens.

Hinc atque hinc vitreas qui ciet annis aquas.

Natalis, Marcelle, soli sunt symbola; nomen

Cui dedit, & maius nomine \*Sagra decus.

Hæc simulacra tuum decorant insignia funus,

Diffita cum patrij sit procul ora soli.

Mons docet, in tumulum tibi vertere pectora ciues;

In lacrymas Annis soluere corda docet.


Si foret hic, tibi montis apex daret ipse sepulcrum;

Si foret hic, lacrymas fluminis unda daret.



## Ad Eundem,

De Iisdem foli Natalis Insignibus.



**EN** tibi, *Castanide, Pbarij pro mole sepulcri,*  
*Tergemini iussus surgere montis apex!*  
*Pro lacrymis, voluit liquidas è fontibus undas,*  
*Qui patrij gaudet nomine Sagra soli.*  
*Inde tuas resonat mons vocis imagine laudes,*  
*Laudibus hinc plaudens exprimit unda melos.*  
*Sic patrius collis tibi fit Parnasia rupes,*  
*Sic tibi fit patrius Castalis unda liquor.*



THAD O SAGRA FLYVVS O M I

Suo populari parentat.

(\*) (\*\*) (\*\*\*)

*Castanides procul è patrijs licet occidat oris,*

*Ad patrias illi Sagna parentat aquas.*

*Quam sinuosa suis late rigat unda fluentis.*

*Cedrus odoratos tollit ad astra rogos.*

*Vberibus deplent oculi sibi fontibus urnam,*

*Expleat ut tumuli, quà potis, urna vicem.*


*Defungi poterit Iustis, ubi fluminis auram*

*Luētisonas coget funeris esse tubas.*



DE MONTE, VTI VOCANT,  
PAUPERVM,

Quem Castaneus egenis locandis instituit.



*Castanis auriferos en arbor aceruat echinos,  
Vnde queant inopes carpere dona Nurus,  
Par sibi connubium iam nubilis optet egestas,  
Aurea dotales sufficit arbor opes.  
Ferre quis Hesperidum neget aurea munera ramos,  
Aurea Castanidum fert ubi dona nemus?*



## AD MARCELLVM CASTANEVM,

De Ipsius

Aduersus parricidam animi æquitate.



**P**ectoris ultrices pietas tua subdidit iras,  
 Intulit indignam cum tibi sicca necem.  
 Scilicet insontem cum perculit illa, sinebas  
 Rumpere nec questus ore, nec ore minas.  
 Te fuerit maior, dum viueret, omnia Cæsar;  
 Dum cadit, hac numquid par tibi mente fuit?






IDEM

De sua in vſu rei familiaris frugalitate,

Et in Cælitum cultu benignitate.



**A**Vrea quòd Superis donaria mente sacraram,

Hinc mea pendeat parcius aera manus:

Templa renidenti ſtabunt Ignatia cultu,

Quòd ſteterit paruo, qui mihi cultus erat.

Vt coleret Diuos, opibus ſi dextra pepercit,

Prodiga plus nulli, quàm mihi parca dedit.



Idem

## IDEM

Eadem de re.



*V*t solet bifidi munimine claudere vultu,

*Ante suas vult quam det rebinus opes.*

*Sic Suppitis auri deuota talenta regebat,*

*Nostra prius Caelo quam daret illas manus.*

*Tam bene posset opes cui condere, non erat vllus;*

*Tam bene non vllus cui dare posset, erat.*



## IDEM

Eadem dere,



*V*T minus exerent verni sua munera flores,

*Ni prius hibernus cogeret illa rigorem.*

*Haud aliter vinolis nisi nostra tenacibus aurum*

*Dextra cœgisset, nunc daret illa minutum.*

*Parcior est Hyemis manus amula prodiga, Veris:*

*Plus ibi Ver aperit, plus ubi clausit Hyems.*




## SAGRA FLUVIVS VRBI CATACENSI

GRATATUR,

Quòd cui suo M. Castaneo parentarir.

Alluditur ad eius Urbis Insigne.



*Sanguine qua parta decoras Insigne coronâ,*

*Quam circum-pennis Austrias ambit avis.*

*Tergemino qua colle, cauas super edita walles,*

*Iony celsâ despicias arce minas.*

*Gratatur tibi Sagra, suo quòd reddis Alumno*

*Inferias, mæsto dum legis ossa sinu.*

*Quin liquidum gressu pro mûnere volueret amnem*


*Nunc tibi; sed turbat flebilis imber aquas.*



## CATACENSIS VRBS

De suis Insignibus,

IN MARCELLI CASTANET FVNERE.



*Illa ego, cui augustam virtus dat ferre Volucrum,  
Ferre dat hostilis cui diadema eruo.*

*Pyramidum pro mole tuo, Marcelle, sepulcro  
Tergemini statuo culmina celsa iugi.*

*E Sagra tulernut tua s̄ eunabula nomen,  
Hinc feret i nostris Arcibus orna decus.*



MICHAOS, SIMONIA

## Coloribus expressum.

PARTICULARIA

**I**Re per aduersas rerum primordia formas

Germe, sub his olim motibus Orbis erat.

Ipsa super tellurem aër, super aëra tellus.

Nitatur: bino ignis, dissilit, inde later.

Haud oculis haec olim rerum spectacula viderent.

Quarum gratia refert nunc simata color.

Se tantam ostendat Natura quid ordine rerum,


Hic obis visendum redditur arte Chaos.



DE NOMINE, ET COGNATIONE,

Phoenicis, &amp; Palmæ

AD SANCTOS MARTYRAS.



**G**Ratum nomen habet Palma Phoenicis Volucris,  
Palmaque Phoenicis fata Volucris habet.

Si Phoenix novat ipse suo sibi funere vitam,

Ipsa suo vitam germine Palma novat.

Omnis amat Volucris Phoenicis assurgere, summum

Omnis amat Palma subdere Sylva caput.

Vestra propagasset nisi tot victoria palmas,

Vnicus ut Phoenix, unica Palma foret.



## LADON PASTOR,

Infantis Dei os contemplatur.

**T** Enelle Pupe, purpura venustior rosarum,  
 Vel ora par corallio, vel ora par ligustro,  
 Vel halitu leuissimi suauior Fauoni.  
 Idemque Numen aethere minacius tonante,  
 Ab axe cum Diespiter torto coruscat igni.  
 Reclude fulgur, oculis quod ore nunc niuali,  
 Iubarque frontis aureum, supercilique Solem.  
 Inermis igne dexteram quid excuis trisulco?  
 Quid buc recondis vsque iam manu capesse fulmen.  
 Corallinum labellulum, genamque purpurantem  
 Borèa ne procacibus petat procella flabris,  
 Et impotenter urgeat, comam velut roseti  
 Vel ater imber atterit, vel Adria tyrannus,



## IN CHRISTI SOTERIS

Natali die.



T

**S**acra Deo Solis tribuunt oracula nomen,

Nomen & à priscis Vatibus Ignis habet.

**Q**uaferat hunc aëtas,ferat hunc qui Sirius Ignem?

Hunc potis est Solem qui mihi ferre dies?


**A**ëtas eat, valeatque dies, Sol ignee, quando

**T**e mihi Nox vexit, te mihi vexit Hyems.



## IN ILLOD EX PLAL.

Exultavit ut Gigas ad currendam viam.



**M**ontibus aggestis nituntur ad astra Gigantes

Nate Deo, quid tu deseris astra Gigas?

Gratior an patrio tibi Virginis alius Olympo?

Calite maternus maior an axe sinus?

Maior at hic labor est, sub vallibus indere vallas.

Virgineus subjyt quò magis ima pudor.



IN EFFIGIEM INFANTIS DEI,

Quem suu Diva Parens amplectitur.



*V* Nigenam, magnoque parem virtute Parenti,  
*Alma* sinu Genitrix officiosa fouet.

*Viuit,* & audires hic verba; penerrima posset

*Si* tamen expressas edere lingua notas.


*Flebilibus* peteret saltem aëra questibus, at quis

*Quis* queat hoc maror, quis dolor esse sinu?



## LADON PASTOR

Os Infantis Dei contemplatur.



*P*er, decore qui prais vel ora Gratiarum,  
 Perenne ver. nivalium quod explicas genarum,  
 Cor aestuante Sirio perureret Ladoni,  
 Quod baud leuaret halitus precacior Fawoni.  
 Bearet aura cordam gementibus stabollis,  
 Perire corda cogeres ab igneis ocellis,  
 Gementis aura pectoris, facesque temperantis  
 Ocelli ab igne cor tegit subinde fulgurantis.



POLYHYMNIAE:  
AD INFANTEM DEVM,  
Deiparæ mammis iohiantem.



*Lilia mamma tulit Iunonis, ab ubere Matris*

*Eure mou, fuge oris lilia, fuge rosas:*

*Ad calum si lacte patet via, tu mihi lacteo*

*Syderis orbis oras neclare meta via.*

*Fingitur Alciden Iunonia mamma beasse;*

*Ipse tuo manibus dum premis ore, beas.*



## DEIPARA VIRGO NI

Saucij Pueri vicem dolet.



**H**inc sanguis tibi, Natè, rosa simulacra rubentis


Indit, acutimibus me fodit indo dolor.

Aspicit vulnifico horrentem me sente doloris,

O rosa, quæ nostris sentibus una rubes!

At postquam turbo te letifer atteret, inter

Qualis ero solas te sine sola vepres?



FACTVS EST SVDOR EIVS

Sicut gutta sanguinis,



**Q**ua niuis roseum et artubus elicis imbrat?

Nulla dat hic flagrum vulnere, nulla chalybs.

Hos Amor hos haeris rores, iam inaeque cruentas.

Ille Deo plagas inferet, ille necem.

Vulnera condit Amor, iactat Furor arma, minaesque;

Dum Furor ostentat tela, cruentat Amor.

Iam cernat arma Furor, caecis Amor irruat armis;

Hic sibi dum palmam vindicet, Ille tubam.



LIBER TERTIUS

AD INFANTEM DEVM,

De Ipsius lacrymis, & sanguine

Dum ex patriæ legis instituto circumciditur.



*F*luis Hydaspæo nitor ardet Iâspidis alueo,  
Fulget olorifero succina gemma Pada.  
Gemmifera radiat Nais Gengetis arcuâ,  
Fulgurat aurifera Lydius Hermus aqua.  
Sydera natiuis irritat Erythra pyropis,  
Flaua Tagumfulua luce serenat byems.  
At quibus indulges lacrymis, assurgat Hydaspes,  
Eridanus, Ganges, Hermus, Erythra, Tagus.  
Tam pretiosa tuo cedat tamen unda cruori,  
Ni cruor est cordis flebilis unda tui.





Vittato, spinisque redimito.




**L***umina vittati quantum instar habebat Amoris,  
 Cum sua vittatum lumina Numen erat?  
 Senticomi visum mox instar habere roseti,  
 Vulnificis crines cum rigucere rubis.  
 Par prior huic species; ardentis Amoris imago  
 Est rosa, crinales sunt mihi tela vepres.*



## CHRISTVS SOTER,

Inter cruciatus, Agnus & Ceruus.



**A**Gnum sub lacerà, lacerà sub imagine Ceruum  
Aspicias, accisum vulnere vulnus biat.

Ne mirere Agnum, Ceruumque tot bis cere plagis;

Hinc Romana, illinc Isacis ira furit.

Hæc rabidi quondam Canis hospita fertur Anubis,

Romula gens seuæ fertur alumna Lupa.



## IN CHRISTI SOTERIS PÆTRIS CÆSI

• Marmoream effigies; 19121

## Metaphrasis.



*Est è marmore cæsa columna ferusque Satelles  
Marmoreus; nec te è marmore, Diue, negem.*

*Naturà bac marmor, feritate hic marmor, at IJse*


*Mentis es immotæ robore marmoreus,*

*Quin ego, dum Specto tales ab imagine pœnas,*

*Marmoreus mage sum marmore, ni lacrymor.*



## IN NATALI DEIPARAE.



*Virginis infernam quo nam cunabula Vere,  
Molliat et stratis floribus Illa cubet?*

*Chloridis en cándor rabido iam tabuit igne!*

*En rabido Florae tabuit igne rubor!*

*Quid queror? aruerint flores. Quae nascitur Infans,  
Mille fouet cultu lilia, mille rosas,*



Ad Infantem Dianam, coloribus  
expressam, cum subacto pe-  
dibus Dracone.



IV  
**Q**ua tibi nascenti decora addat Olympus? ocellis

Accendat gemino Sol oriente iubar,

Candorem det Luna genis, Aurora ruborem;

Nectare tingat rare labella lepor.

At decora hac tecum maternâ ducis ab aluo:

Munere nil Cali, quo decoreris, eges.

Sit satis, ut domiti ostentes Insigne Colubri,

Sydereus subactis tibi sola Draco:



## DE PARAVIRGO

Lilium inter spinas

Lilium inter spinas

*CVr ego sim medios inter teu lilia dumos,*

*Cum referam lactas? Lericunte rofas?*

*Nempe rosa nostra sunt ori, lilia cordis*

*Concolor bine candor proditur, inde pudor*

*Det tibi, Nate, rosas nostri pudor oris inermes*

*Obsta, dum spinis lilia corde premam*



## DE LILIIS,

## A CHRISTO DOMINO

Salomonis purpureæ prælatis,



**I**nno, tuo candere refer nê lilia lacte,

Neue tuâ, Cypris, cade rubere vesas.

En ostro Regum præfert dum lilia Numens

Insolita cogit laude rubere pudor!

Lilia quas ferrent dum iudice Numine laudês,

Tam natiua rose purpura linor tæst.



## IN ILLVD SENECAE EPIST. CHI.

Quid potest mare transire, si vis  
 ista, quibus vergeris, effugere;  
 non a tibi sis oportet,  
 sed alius.



Soluerat Earules trans currere certus Atlantant  
 Diffidet aut nostro si quod ab Orbe frotom  
 At profugis qua neclat Amant talaria plantis  
 Ponè sequax illi quin vat ales Amantib  
 Olli sunt adamante tenaris uicinis possunt  
 Illa vel deriam sifera vi arca fugamurup  
 Demens, qui putas extingui per Dorida flammam,  
 Immemor est flammæ vi prior tibi sua.  
 Fert egram circum mentem trans aquora vector,  
 Pes procul inde fugax, hinc prope cura sequax,



## DE DIVO PARTHENIO MARTYRE

Telo linguæ demorsæ Lupam abigente,



**P**Arthenium petit ore procaz Heros Lycoris,

Quem videt in molli vincula ferre rosâ.

Dumq; negant nexis telumque fugamque; recise

Dente ferox lingua sufficit arma Pudor.

Sternere monstra olim clavam quæ fama canebat,

Fama debinc linguam sternere monstra canat.

Eloquio præstat facinus memorabile lingua,


Ipsa queunt lingua sic ubi facta loqui;



## IN ILLVD DIVI AVGVSTINI,

De Diua Magdalena.

Accessit non ad caput Domini, sed  
ad pedes; Et quæ diu male am-  
bulauerat, vestigia recta  
quærebat.



**I**Nstituit dum prima noua vestigia vite

*Magdalis, ad Sacros fertur an bella pedes.*

*Quàm bene postquam quem deuius abstulit error,*

*A' pedibus rectam discit intrare viam!*

De Lycii Tutelâ, & Insigni Lupæ.


Ad Diuam Irenen.

*Diua tuo placas Irene numine, si qua.*

*Martius ostentat nomine bella Lupus.*



## DE DIVO SEBASTIANO.



*Stat leuibus signum iaculis interritus Heros,  
Nullaque dat gemens signa, nec ulla metas.  
Impatiens fremit ore Satelles, & infit, arundo  
Nostra magis munit, quam fodit ere. latus.  
Nec satis est, latus His quod arundine montat, alas  
E' iaculis optat, quæ magis acro leues.*



## .DWVS FRANCISCOVS ASSISIÆ.

Ad vulnificum Alitem ,



**EN** *latus, en ut se profert ad vulnere pectus*

*Figge manus, Ales, cuspidz, figge pedes.*

*Ictibus ingemines ictus, ne parce cruori;*

*Vndique transfossam vulnere corpus hiet.*

*O mibi quæ plagis, quæ parta cruore voluptasi.*

*Hæsit obi cuspis, quæ subiere rosa!*


*Est tanti si ferre mibi nunc vulnere, quondam*

*Quin mibi quin spinas exeruere rubi?*



Idem

## IDEM AD EVNDEM ALITEM.



**I**N me si lateris transfers insigne cruenti,  
 Quaeque ferunt planta vulnera, quaeque manus  
 Quin mea vulnificis horrescunt tempora dumis?  
 Quin etiam vertex, ut tibi, sente riget?  
 Parce queri: innocuos membris quos ante dolebas,  
 Innocuos capiti mox quererere vepres.



## D. DIONYSIVS AREOPAGITA

Deficiente Sole , diuinitus illustratus.




**L**ux erat, obscurâ qua Sol ferrugine Cælum,  
 Texerat, atratis decolor ora notis;  
 Cum noua per miras lux mentis oborta tenebras,  
 Quam mihi Natura visus obire Parens,  
 Prodere tam clarum possit quis lumen Eous,  
 Quàm mihi quod ceco prodidit umbra die ?



## DE DIVIS PETRO, AC PAVLO,

A' Nerone cæsis.



**P**ERDIDIT hinc diris Romanum cladibus Orbem;  
 Hinc Urbem divo perdidit igne Nero.  
 Roma nec ipsa suas potis est nunc cernere clades.  
 Nec tua nunc, Orbis, funera flere potis.  
 Namq; Petrum, Paulumq; Nero dum sustulit Urbis  
 Est utroque tuus lumine captus apex.






POLYHYMNIÆ  
IN DIVI PAULI SIMVLACRVM

Cum Elogio

Viuo ego, iam non ego.



*Signifer hic ille est, quo \* sospes it Auspice Signum,*

*Quàque dies umbram, quà fugat umbra diem.*

*Pallet; & , ut viuo sit imago simillima, formam*

*Exanimem finxit decolor arte color.*


*Nam licuit sine vità olim cui viuere, nunquam*

*Tam similis, vità ni caruisset, erat.*



AD DIVVM FELICEM NOLANVM,

De Araneæ tela.



*DVM tibi sola suas prætendit Aranea telas,*

*Infecto telis te quis ab hoste tegat?*

*Parce metu: telis telas obiectat, & ut te*

*Eriperet plagis, texuit Illa plagas.*

*Lictoris potuit quæ tecum eludere tela,*

*Palladis. & tecum vincere posset acum.*



POLYHYMNIÆ  
IN ILLVD DIVI MAXIMI.

Arida rupes

Populum vice maternorum vberum nutriebat.



*V*ix Patris è gremio gens Isacis edita Nili,  
*Sugis inexhaustas vberè rupis aquas.*  
*Hinc tibi natiuis horrent præcordia saxis,*  
*Indomitâ ceruix hinc tibi caute riget.*  
*Quæ pietas, quæ vis mites potis indere sensus,*  
*Si tibi cos altrix, si tibi mamma silex?*



## DIVIS IGNATIO, AC SABERIO

Pöësis dedicatur.


## PARODIA .

**N**ouis Pöësis expiata iam Sacris  
 Ait, canendo inanium gregem Deum  
 Ad astra sustulisse, siue Calitum  
 Ciere numen ausa, siue Manium.  
 Neque hoc negat Minerua, nec Diana, nec  
 Ceres, Tonantis uxor, & soror; Pales,  
 Cybella, Flora, Vesta, Tethys, Inferi  
 Iouis marita. Cypris: Arcadum Deus,  
 Lyæus, Aeolusque, Phœbus, Hercules,  
 Tonans . Tridente trax, Atlantis & Neptis,  
 Minaxque falce, Mars, Cupido, Mulciber.  
 Quod agmen execrata post Alastorum

*Pöesis, ante carminum extulit tuba.*  
*Achæa Musa, Romulæa Pieris,*  
*Tibi hæc fuisse deuocata Numina*  
*Ait Pöesis Aonum è cacumine;*  
*Latina, seu Pelasga barbitos foret,*  
*Vtramque Musa seu sacrasset ijs chelyn.*  
*Neque ut canenti adesset entheus furor,*  
*Sibi esse vota facta Abramidum Deo,*  
*Quod vnus negare esse Numinis*  
*Præesse rebus, aut adesse supplici.*  
*Sed hæc ait fuisse; nunc proteruæ*  
*Piget prioris execratam Apollinem:*  
*Colebat & quot ante monstra, deuouet*  
*Pöesis, hæc Auerno, & has tibi uouet*  
*Fides, Ibere, Scythæ, Eoe Lucifer.*

## DE DIVI IGNATII CASV,

## In propugnatione Arcis.



**D***Vm prohibet patrijs Ignatius Arcibus hostes,*

*Succidit arati saucius igne globi.*

*Surgit at è casu sublimior, acta superne*

*Rursus ut è cæco subsilit vnda tubò.*

*Scilicet baud elata domus Loiolis Olympo,*

*Hoc illi columen ni cecidisset, erat.*



## AD DIVVM IGNATIVM,

Exempla Sanctissimorum Virorum

Et sacris Annalibus repetentem



**D**ivm, Loiola, Patrum decora in clypeo corde volutas,

Quàm te Illis similem, quàm iuvat esse parem!

Par eris, & Divum summos aequabis honores,

Et referes Tyro maxima facta Ducum.


Quin Superum si quis te nunc aspectat, et ardet

Est tuus, Ignati, sic meus, inquit, erat.



## AD DIVVM IGNATIVM,

Opem ægris, egenis, ac perditis ferentem.



**D**Egis inops, interque indopes, agrisque ministras,

*Et scelerum tractas ad tua verba reos.*

*Verba, ministerium, consortia iam sibi præsto*

*Esse simul sentit. Perditus, Æger, Inops.*

*Tot mala si terra tulit Orbis ab igne Promethei,*

*Alter adest, Orbi qui ferat Ignis opem.*

*Tot Pandora Olim tulerit mala, nostra medelam*

*Pandora aduersam Secla tulere tuam,*





## DE EIVSDEM IGNATII

Hierosolymitana professione.



**N**auta Palaestina, supera Loiola Sioni

*Tendit iter; cor Hic dirigit, Ille ratem.*

*Alter aquis oculorum, Alter dat se aequoris undis:*

*Flabra dat hinc gemitus, flabra dat inde Notus.*

*Tonsa ratem, dij cor tela Cupidinis urgent:*

*Fax, Loiola, tibi maior ab axe micat.*

*Sape latet sub nube, ratem qua dirigit Arctos;*

*Dia latet nunquam, qua tibi flamma praet.*



## DIVVS IGNATIVS

Inter militum probra.



**H**inc ignominias Ignatius inter Iberi,

Inde minas Galli militis inter, ait.

Distrabor, irrisum n̄sueo: ceu Numen amictu

Per Solymias deffert hinc furor, inde via.

Illa meis dum sese oculis obiecit imago,


Spectra dehinc mendax qua mihi fingat honas?



AD EVNDEM,

Dum Ipsi in æstu curarum

Deipara vna cum Puerο præsto esset.



**D**um, *Loiola, animi caeco iactaris ab æstu,*

*Et superato præsens quaris ab axe iubar.*

*Dia tibi cum Prole Parens mirat obuia, Divus*

*Ipsè suo Natus Namine, Diva suo.*

*Te quis agat posthac æstus, si Jospes ab astris*


*Mater adest Helice, si Cynosura Puer!*



## AD EVNDEM IGNATIVM

Dum in Sacra Synaxi

Christo fruitur aspectabili.



**D**ic age dit, hauris tantum dum lumine Nomen

Sat beor hic, felix ætheris aula vale.

At eaque, ne tanti contorta à lumine Solis

Ex oculis subeant peruia corda faces.

Quin, ais, ò oculis ferem nunc millibus Argus,


Vt, mage quò vernunt luminu, corda flagrent.



AD EVNDEM, IGNATIVM,

NATV GRANDEM,

Rudes inter pueros. erudiendum.



*C*Rede rudimentis, Ignati, grandior aures,

*Debueras olim. quæ didicisse puer.*

*Altera iam Tyro tibi suffice tela Lycei,*

*Quæis valeas Stygio bella ciere Duci.*

*Pergestrum Cælo tot robur inerme triumphos*

*Si talit. è visto Dite, quot arma ferent?*



## IMPERVM STYGI SERPENTIS SPECTRVM,

Interprecandum obiectum Ignatio,


Paris Iambis abigitur.

*E*chidna Erinny's, hinc faceſſe ſibilo*Q*uid ore, lingua, quid rotante tortilis*S*ub anguis orbe te proterve Diſtegiſ?*C*orufca diſcoloris, niſtra tengaris,*C*obris emulare quidquid aurei,*N*otaſue mutare quas ab Inide,*T*ua dolofa Styx imagini refer*F*aceſſe: quin vereris ora ſupplicis?*S*ua vides vt Ille perſtet in prece?*E*ritque tempus, hoc ſub ore vipera*V*t eius ade te bacillus exigat,*E*chidna Erinny's, hinc Auerna quin ſubis?

D. I. V. S. I. G. N. A. T. I. V. S.

Afferor Asceticae pudicitiae,

AD SICARIOS.



**A**ddite vulneribus plagas, & vulnera plagis.

Afferui sacra iura Pudicitiae

Ferte necem; quos vocis minax dare terga coegit,

Præcipites fusi cote cruoris agam.

Et sua vox cedi superest, qua vindicte penas

E profugo potuit postere fratre cruor.



## D I M V T S I P G N A T I V S

## E Vinculis.



*V*tra magis vincire putas me vincula? Licet  
 An mihi quæ Diis vincula necit Amor?

*H*is moror haud vinculis, haud hac moror arce; tenaces  
 Hic mihi diuino sunt ab Amore mora.

*Q*uadrifida hic Numen deuinxit ab ardore, quæcum  
 Sim licet hos nexus inter, ad astra feror.





## AD DIVVM IGNATIVM, I

De Cadauere,

Ad preces eius rediuuio, ac rursus occiduo.



*Q*uod rapis, Ignati, Libitina è fauce cadauer,

*Rite quid ablutum crimina rursus obit?*

*Fallor? an, hac celebrent ne te miracula, vita*

*Quem reuocant, cogunt rursus obire preces?*

*At tibi plura canet quondam praconia tanti*

*Posthuma laus facti, plura superstes honos.*

*Maior & hinc olim tibi plaudet adorea, quando*

*It, redit ad natus Vitaque, Morsaque tuos.*




O AD EVNDEM,

DVM SICARIVS

Ab Ipsius parricidio,

Cælitis voce, ac telo deterretur.



**V**oce ferax, teloque minax occurrit imago,

Ignati, ne te Perfidus ense petat,

Sollicitat quid tanta tui custodia Divas,

Calituum pro te stringat ut arma manus?

Noui equidem: stent ut Diuum te sospite iura,

Iuraque te Diuum nequa cadente cadant.





## AD DIVVM IGNATIVM,

Astrorum aspectu flentem, interque  
operandum Sacris, è vertice  
flammas emittentem.



*Picta tuis molles oculis nox elicit imbres,*

*Dumque litas tollunt vertice corda faces.*

*Noctēque fies tota: redeunt incendia mane,*

*Aucta tuo vel Nox rare, vel igne Dies.*


*Mirus Amor! quoniam pugnatia foedere iungit*

*Strius est cordis, luminis, bospes Hyas.*



## AD EYNDEMICIA

Dum in fide, officioque serinex pœ  
 uicacem ad refractarium  
 Apellam, 2311



**V**ox simulac igneo tibi prodit ab ore, trifidus

Pectus in Isacide fulminis instar habet,

Scilicet haud alio quondam percussus ab igni

Pectoris alpinus dissiluisse obex.

Quae rigit glacies alijs, Tibi soluitur omni,

Quique fugax alijs, ad tua verba redux.

Iupiter in summos taculetur fulmina montes,

Ipse tuas torques cordis ad ima faces.



Trans-

## TRANSALPINA SOBOLISA

Sub Ignatii fide ac patrocinio

Nos etiam, Loiola, tuis amplectimur vlnis

Diffusa gens, quæ se plaustra Bootis agunt.

Inter Hyperboreas nos germina nata priuvas

Nunc Loiolæas inter adulta faces.

Hinc cecæ nos ne quis agat caligine turbo,

Est tua fax Helice, si Cynosura latet,

## ROMA AD IGNATIUM

De Parthenonibus

In Vrbe ab Ipso excitatis.

Fana iacent, Vestæ surgunt, Loiola, ardori

Templa sub auspicijs nobiliora tuis.


Quæ vigil usque tui dum pectoris excubat ardor,

Iacet inextinctam quam mihi Vestæ facem?

Ale-

ALEXANDER PETRONIVS ÆGER,

Præsentem ad sese accedentis Ignarj opem  
experitur.




**Q**uis mihi quis profert vitales Lucifer auras,  
Emeritus vita dum prope Vesper erat?  
Hinc aditu, Loiola, tuo cessere tenebrae,  
Inde tuo pulsus lumine languor abit.  
Phoebus ades, ste Luciferi sabdr' exeris oris,  
Sive salutaræ sufficis artis opem.



P. LEONARDVS NESSELIVS,

Dum sibi prae se offeret Vbijs

Ignatij Romae degentis imago.



O

ubi summe, bene cui beat otis imago, tu

Alme Parens, spectrum hoc an mihi fingit Amens

O mea, qui tentant dantes precordis sensus,

Dum mihi te offero, summi tibusque notis

Est tanti gaudere tunc semel occidit,

Quid foret, Ignati, si paterere diu?





## AD DIVVM IGNATIVM, T

Ex oculis lacrymas, è capite flammam emittentem.

OMNIA PAR AETNA ES. TACIT ILLA È VERTICE FLAMMAS

**O**Mnia par Aetna es. Tacit illa è vertice flammam

Et tuus, Ignati tuos, caruscat apex.

Aetna à si pressus anhelat mole Typhoeus;

Nec tibi non entheo pectus ab igne gemit.


Aetna byemat nec non byemas, Lojola; perennes.

Tu lacrymas flammam sufficit, Illa niues.



Ign-

Dat igni literarum fasciculum,  
Patria domo illatum inter precandum .



**L**Oiola è patrys affertur epistola terris, O

*Inter anhelantes dum rigat ora preces.*

Ergo illam, ne quis curarum existeret æstus, I

*Reppulit, haud referans lina, deditque focis.*

Dein oculos vocat ad fletum, auersusque tabellis,

*Hæ pateant flammis; lumina, dixit, aquis.*



## SOCIETAS IESV

Ad Ignacium Ingi

Ne sui moderationem detrectet.



**O**Mnia me, Laiola, parem molitus Olympo es. I

Iam mea lux, aether quæ patet usque, patet.

En mihi, quæ rerum facies! en, sideris instar.

Quisque suum, certis legibus orget opus!

Aethera molitus, discant ut ferre minores.

Alcida, tanta sis age molis Atlas.



AD EVNDEM,

Societati Iosu leges scribentem.



**D**um Socijs das iura, ciet tibi Numen Aeneae

Corda, tibi Numen Virginis ora beat

Et iuuat, arcano tua Numine corda risu,

Et iuuat, aspectu Virginis ora, fusi

Hinc ubi Dia Parens Auspex; Spirabilis illius

Est tibi condendis legibus auctor Amor;

Tradita Minus Ioue iura, quis Auspice iactat?

Iactet, ab Aegris quis data iura Numae?



## MUSICVM INSTRVMENTVM


.m. Ignatio deuocent Musis .e.



**Q**uandam Heliconis e' viretis  
 Nos arcessit Apollinis Sorores  
 Lux votiva; Libabimus Confera  
 Nostra nos quaque Sacra; Præferatque  
 Ignati, cape plectra, pectineque  
 Pindi quidquid ab arce tibiarum  
 Pendet, quæ tibi, tunque, barbitosque  
 Quot quot nabilia, quot quot aru, quæ quot  
 Manali iuga personant cicuta,  
 Et linguis iuuat, & fauere votis.  
 Si tulit sua quisque dona, Musas  
 E' sacro decet ecqua ferre Pindo?

## AD PATRVM DECEM PRIMORVM

Decadem.



**I***Te, tremit iam nunc Acheron, Heroes. Olympus  
Ad sua vos tanto sub Duce Signa vocat.*

*T effera si bello dij fax ibit Amoris,*

*Si tuus, Ignati, Signifer ignis erit;*


*Exerat hinc vires, virusque hinc exerat Orcus,*

*Hoc cadet igne, sit hinc \*Hydra, sit inde \*Leo.*



POLYHYMNIÆ  
 SECVLARE CARMEN,

Ad Diuum Ignatium.



**N**os Ignatiadum Cohors

*Loiolam sequimur Ducem.*

*Illius celebrent sacras*

*Mystæ nomen ad aras.*

*O Loiolidos inclytum*

*Lumen, & columen domus,*

*O quem Relligio suas*

*Euocauit ad arces;*

*Pacis Signifer ut fores,*

*Noui Duëtor & Agminis;*

*Orbi utrique quod inferat*

*Partæ Signa Salutis.*

*Tu*

*Tu, Loiala, Diespiter,*

*Eois referas diem;*

*Tuque Phosphorus Hesperis,*

*Lucem nomine præfers.*

*Te solennibus Auspice*

*Sacris reddimus hostias*

*Casti Cordis, & Arbitri,*

*Deuotique Peculi.*

*O quacunq; poti plagâ*

*Coruscas, ades; & tuos,*

*Dum solenne nouant Sacrum,*

*Vise Sospes Alumnos.*





## ANATHÈMA LOIOLEÌ GLADIÌ

E tholo Deiparæ

Religionis ergo suspensi

PARODIA.

*CHalybs cruentus ante, Martius chalybs,  
 Minax, Orionisque par acinaci,  
 Ait fuisse fulmen Hesperì Ducis.  
 Nec ullius trilicis obijcem plagæ  
 Nequisse perforare; siue cuspide  
 Opus foret ferire, siue findere.  
 Neque id negat propinquus amne Celtiber,  
 Negatue Pampelona, vel Nauarra, vel  
 Amica Naiarenfis aula Principis:  
 Vbi hic berilis aëtus arte dextera,  
 Vibrauit ensis, & Pyrenam ad ultimam  
 Corusca fulgurantis aura turbinis*

Re-

*Refulst. Et silente nocte cum rubet.*

*Comata flamma, pastor horruit comam,*

*Tyrannus omen ignis & minas timet.*

*Ibere, Cantaberque, Celtiberia,*

*Tibi hæc fuisse, nunc & esse cognita*

*Ait chalybs, & inter hostium globos*

*Cruoris imbuisse acumen æquore.*

*Et indetot per obuias Ducum manus*

*Viam expedisse; terga, siue pectora*

*Petisset ira, siue cordis æstians*

*Amaror hostis irruisset in latus.*

*Sed hæc prius fuere; nunc adorea*

*Potitur baud minore, victor & sui*

*Pependit hic; & ofus arma, maluit.*

*Fruī quiete, seque dedicans tibi*

*Virago Diua, te, Gradine, deuouet.*

## DE DIVORVM IGNATII, ET SABERII

Apotheosi.




**N**uper ab occasu Loiola, Saberus ab ortu  
 Armarunt socias in Stygis arma manus.  
 Nunc Vtrique pares decernit Romæ triumphos,  
 Nam retulit palmas victor Vterque pares.  
 Par erit ambobus Virtutis adorea; tantum  
 Praferat Hic nomen Militis, Ille Ducis.



DE

DE DIVIS IGNATIO, ET SABERIO.

Vtrumque terrarum Orbem illustrantibus.



**D**esierat Vori subductam exquirere lucem,

Dum latitat tenebris Hesperis ora suis.

Nosse sui noctem cultus, umbrasque Sacrorum

Spreuerat, Eoum qua colit ora iubar.

Lucifer Hesperijs Lqiola, Saberus Eois

Hesperus; Hic noctem detegit, Ille diem



DE HISDEM IGNATIO, ET SABERIO.

Verumque terrarum Orbem

Pristinæ pietati restituentibus.



ORbe senescebat veteri mos integer, orbe  
 Vanâ nouo veteres verterat ara focos.  
 Hinc renouat mores Loiola, Saberius aras  
 Degeneres priscis aſſerit inde Sacris.  
 Mutua nunc Orbis ſibi nomina tradat uterque,  
 Nil habet Hic veteris, nil habet Ille noui.



DE DIVIS IGNATIO, ET SABERIO:  
Hæreseos, ac Superstitionis Euerforibus.



**F**ulmine quis nã arces, quis sterneret ignib<sup>9</sup> Hydram?

Hæc fuerat virtus Herculis, illa Louis.

Nil Ioue, nil opus est hic Hercule; barbara, casus

Templa suos lugent, Saxonis Hydra suos.

**S**aberius fulmen, Ditis cum sterneret arces;

Cum Loiola Hydram sterneret, ignis erat.



## DE DIVORVM IGNATHI, ET SABERII

Mortuali die.



*Q*uid subit aestivis Ignatius ignibus astra?

*Quid Comes hibernis imbribus astra subit?*

*Ille sacris terfit scelerum contagia flammis,*

*Hic scelerum sacris semina merfit aquis.*

*Ignē quis Icaro, quis Orione terreat annus,*

*Hoc ubi fert Aestas, hoc ubi sydus Hyems?*



AD DIVVM SABERIVM,

De marinis aquis dulcescere iussis.

DE DEO 176

**I**ngeminant leto parvis delectante tracta,

Dum medio perat. Minia, Sabor, mar.

Dumquetuis dulces mare nutibus abiot, undas,

Qua tibi per vinosa laucea surgit aquas?

Ad tua qua arescant unquam praetonia lingua,

Si sibi e Nereo, qui riget ana, latent



AD



AD EVNDEM,

Vinclis sese excruciantem :



**I**, rapit ætherius quò te, Sabere, Cupido;

Alitis i quò te Numinis ardor agit.

Impiger expedias rigidis vestigia vinclis,

Præpete ne nectas bas in amore moras.

Fallimur expediet, nexus qui te te arcet. Amoris

Hac tibi pes vincetus compede, calcar erit.



AD

AD EVNDEM,

Pus fugentem.



**C**ernere dum foedos horres abscessibus artus, **H**

Tabificam lambis protinus ore luem.

Scilicet hi dederunt haustus tibi pocula Divum;

Hæ Superum mensis accubuisse dapes.

Haud habet Alcides quæsitum lacte Nouerca:

Quæsitum tabo tu tibi nectar babes.



## DIYVS SABERIVS

Iulio. Casari consettur.



Hinc centena hominum Saberis millia ducat,  
 Hinc centena hominum millia Casar agit.  
 Saberis lustrata sacris praeit Agmina lymphis,  
 Agmina seu Casar caede trunca subit.  
 Aret, ab hostili maduit quae sanguine, Laurus;  
 Quae maduit sacro Laurus ab imbre, viret.



## DIVO FRANCISCO SABERIO

India instat,

Vt Indicam expeditionem maturet:



**I**lla renascenti te Gens quàm proxima Phoebò,  
 Tam procul à dño diffusa Sole vocat.  
 Lax mea, quin properas, quò Numine fida secundo  
 Vna tibi Virtus Dux erit, vna Comes  
 Te mea, non alio se iactet Apolline tellas;  
 Te mea, non alio luce at vna die.  
 Sat micat Hesperie sat Lax Ignatia; Sole  
 Vna quid ostentat Vesperis ora dno?  
 Tu melior mihi Sole, meo Solorbe te nebras  
 Exigit, at noctem tu mihi corde fugas.



AD

AD DIVVM SABERIVM,

Per quietem sibi visum,

Humeris Indiam sustinere.



*Quæ medios inter potiere quiete labores,*

*Pressat ubi tanto terga labore quies.*

*Namque sua tibi mole grauis premit India dorsum,*

*Et super impositi Memnonis urget onus.*

*Agnoscas presaga tui portenta seponis*

*Ponderis agnoscas omina, Diæ tui.*

*Quòd, procul exactà Styge, Eorum æquabis Olympo;*

*Visus es Eoi Califer axis Atlas.*



AD DIVVM SABERIVM,

De Lychnũcho, 1000

Ad ipsius aram aquis ardente.



**E**T *suis aetherijs extinguitur ignibus ignis,* A

*Exanimas animet cum tibi lymphæ faces.*

*En micat bumentis sine Palladæ lychinus ad aras,* A

*Et vitreas inter pascitur ignis aquas.* A

*Perpetuis Vesta vigil excubet Iliæ flammis,* A

*Est tibi Vestali Naiade flamma vigil.* A



AD EVNDEM,

De Cancro Crucifixi effigiem

ad Ipsum deferentē.



**F**luctibus abreptam mactati insigne Tonantis

*Eruit ex imis en tibi Cancer aquis!*

*Numinis hic auriga, rotam deterget inustam*

*Doridi, cum Cyprin per freta concba tulit.*

*Pande sinus reduci, Oceanitide gratior illi est,*

*Flebilis irrorat qua tibi bacca genas.*



DE

## DE VITRO TRIGONO,

Quo illice, et dignissimè

Societatis homines se primùm Sinis insinuarunt.



**V**ersicolor vitrea simul Iride fusa imago,

Illice iam capti movere Seres erant.

Ite, patent Sinu, Letolides ite cohortes;

Seres inaccessas discoliere feras.

Victa quid indomito iunctat Mars oppida ferro;

Subditis imbelli vos ubi regna vitros?





.EDMUNDVS CAMPLANVS.

In Religionis periculis stilum stringit .

... ..

**E**N capita Arctoa noster filius amputat Hydræ  
Hæc prius b[e] dextra quam d[omi]nat, illa cadent.

Cerneret hæc si me pugnans cuspide, terga  
Hinc mihi Galvæus, verteret, inde Læter.

I, calami plagas, i perfide plecks ficari,

Non dabit hæc manni vulnus, at ille dedit.

... ..



ED-

s j e

DE

DE HENRICI GARNETI

Cruenta Arista.



**C**um referat tanti vultus Herois arista,

Fulgeat & orbseo sanguinis amne Ceres;

Idaliös inter lucos ne prisca rubentes

Iacet Acidaliö Pama cruore rosas.

Hoc adolescit bonos hoc surgit adorea culmo,

Nobilis hoc alitur sanguinis in hac seges.

Quid flammis, ferroque minas iacis, Angles & minarum

plus tibi dant stipula, plus dat arista metus.



## A D R O D V L F V M A Q V A V I V I V M .



*Impauida, Rodulfe, subis ceruice securim,*

*Nullaque das gemitus signa, nec ulla metus.*

*Hac tibi procumbis clarus nece; next tibi non hec,*

*Non erit occasus luminis, ortus erit.*

*Hac tibi spes unquam melioris an arcu, tibi hanc*

*Hac tibi spes unquam melioris an arcu, tibi hanc*



## P. MARCELLVM MASTRILLVM

Romano Marcello  
Societas Iesu  
præfert.



**M**arcellum ne Roma meo præ iacet. Alumno,

Hoc \*Honor, hoc Virtus Auspice tampla colit.

Tertia suspendit Patri spolia ille Quirino,

E' domito quater hic hoste trophea tulit.

Celsa suo patuere Duci Capitolia, nostro

Pro Capitolinis arcibus, astra patent.

Si Maro castalia Laurum rigat illius unda,

Que vires hinc, palmam sanguinis unda rigat.

Vatis ut attollant illum præconia, surgit

Plus viror hinc palma, quàm canor inde tube



## PARODIA,

Qua purus Iambus

Diuo Saberio Dedicatur.



*I*ambus hic inermis, & potens sui,  
*T*enaxque iuris, integri sequax pedis,  
*C*ydonis ante spiculo simillimus,  
*A*cinacique, Persa quo tegit latus,  
*A*it fuisse nilque amarulentius  
*A*dhuc tulisse Thebala sinum plaga.  
*E*t inditas furoris enthei faces  
*N*equisse temperare, siue perfidos  
*A*durit usque & usque, siue Transfugas.  
*E*t hoc negat furentis ora \* Vuceri.  
*N*egare, vel nigrante terga \* lilio  
*F*erens inusta, turpe Sequanae probrum,

Me-

Melanctbona, impijque \* Saxonis lueni;  
 Lutumque. Quis, inermis hic, prius fuit  
 Iämbus acer ultor, hostis impetus  
 Simulque sensit, ut leo excutit tuba  
 Arundinem comante, deinde gutturis  
 Reclufit antrum, & virtam inborruit comans,  
 Globos & hostium abuias nasi dedit.  
 Inultum Iämbus ista sic nihil tulit.  
 Iämbici Repertor, & Parendæ metri,  
 Tibi hoc Iämbus esse cognitum canit,  
 Necis Lycambæ ab ~~stirpe~~ ~~Stirpe~~ origine.  
 Tuo extidisse carmen ex acumine,  
 Tuo imbuiffe felle carminis sales.  
 Et inde quo feriret acrior filius,  
 Nouissimumque sceteret magis pedem  
 Trochæon addidisse; vel procacibus


Vel

*Vel impijs timendus, ira seu genus*  
*In impium irruisset, aut genus procar.*  
*Nec ulla vota Apollinaribus sacris*  
*Sibi esse nuncupata, concitator*  
*Abusque cordis exiliret, ut fibris.*  
*Sed hoc ait fuisse, nunc libens tibi*  
*Inerme carmen introgarimi pedis,*  
*Tenerrimosque dedicat tyria modos,*  
*Sabere, Ibere Sol, Eoe Lucifer.*



## MARTINVS VSVLTERVVS

Marti componitur.



**O** Mnia pro te ferens Martine, similisna Marti,  
 Vel tua ferali nomina Marte tonant.  
 Ambos bella iudant, caedeque; ciere furentis  
 Classica tu lingua doctior, ille tubas.  
 Rapta Sacris, ab utroque, nefas, antistita Divum,  
 Nosse iubet, condis quam fit Vtrique Venus.  
 At paribus quamvis odijs insensus utrique,  
 Dispare Vulcanus terret Vtrumque metu.  
 Mars cauet, ut ridenda sibi ne vincula nectat,  
 Tu, ne te plectat Mulciber igne, caues.





IN MARTINVM LUTERVM,

Religionis Transfugam.



**A**rdens hostilis qui mania transsit Urbis,

Muralis, forti manere miles ouat.

Quis tibi par decorum, tibi quis par hostis honorum?

Cui minus est cordi, quam tibi fama Luther!

Religionē sacros superes cum Transfuga muros,

Exuis intorſa si diadema coma!

In Romuleum Ceterarurium Hæreticum.

**R**omuleo nomen primus pater indidit Urbis,

Hoc habet Urbani, cætera ruris habet.



In

## IN IOANNEM CALVINUM

Candenti Lilio stigmatizum.



**F**inibus Alpibus infers, Calvine, Mycanas,

Quo Duce tot Reges, tot Duce regna cadunt.

Incestus debent, debent tibi femina clades;

Quo minor ipse Atreus, ipse Thyesta minor.

Iamque foveas Pelopi, par omnia; sed tua tergo

Lilia hinc ferunt, illuc albet ebur.



## IN PYRITANOS ANGLOSQUE

. cum Calvini Sectarios.




**Q**uæro, qua puros liceat vos dicere causa,  
 Tam male Calvini qui redoletis harum?  
 Purus an ille, omnis cui sit cum Rege Sacrorum  
 Sacrilegæ iussus voce valere pudor?  
 Fallor: is enumerat: tât. inusti signa pudoris,  
 Lilia quot candens stigmatè tergus habet.



IN

## IN MARTINVM VVCERVVM.




**V**cerus insanis petit hinc mugitibus astra,  
 Sacrilegis illinc cornibus astra petit,  
 Perque tot Europam surbarum incendia vocat,  
 Per quot Bos alter transfuga vexit aquas.  
 Hoc potuit si ferre sinu Germania monstrari,  
 Quis neget igniuomos Colchida ferre boues?



POLYHYMNIÆ  
IN LVTERVM SAXONEM

Flabellum Seditonum.



*D*VM patrijs spectant bellorum incendia terris,  
Attonitis horrent Rhenus & Ister aquis.  
Fax excita tua, Sacer irritamine lingua  
Quam furit, armatas inter adulta manus.  
Si chalybem stringere Duces cum Saxone, quid n̄  
Funereas cogant dissiluisse faces?



AD ELISABETHAM ANGLIAM,

Cum Religiosi viri indigenæ

In Anglia mentito habitu versarentur.



**V**ndique præcludas licet oppida militæ, ne quæ  
 Sit Pietas, cogis quam procul ire, reduc.  
 Irrita vis! patrij lustrant en oppida mystæ!  
 En caput ut cristis, ut latus ense tegunt!  
 Ut redeat Pietas, viden induit ora Tuorum?  
 Iam reducem si vis pellerè, pelle Tuos.



POLYHYMNIA  
IN IOANNEM HVSSIADEN,

Id est Anserem.



**A**Vsus in odæa, Hussiade, Romana, sacrosque

adversus streperâ clangere voce choros;

Nam lingue si forte fides est ulla Boëma,

Nomine nec patrio fallimur, Anser eras.

Romanis esses ne perfidus arcibus Anser,


A' veteri poteras Anseri nosse fidem.



## DE AQVILA CÆSAREÆ,

In eiusdem Hussidæ, idest Anseris,

Securios.



I

Cum peteret Romana Senon capitolia, castos


Pro Capitolinis arcebus anser erat.

Quas nunc Hussidæ Anser cum deserat arces,

Vnguis armatam Cæsaris horret Auenæ.

Nempe timent ab hæc hæc et furcibus arma rebelles,

Hæc ab Aue imbelles sic pedis arma timent.





POLYHYMNIÆ,  
IN CÆLIVM CAPITONEM,

Hæreticum



**E**xplicat \astrorum quot calum vertice flammæ,

*Cælius Eumenidum tot iacit ore faces.*

*Ignea vis rapidâ vertigine torquet Olympum,*

*Hunc vagus insani verticis error agit.*

*Nec spatia vertoræ caret alter, & alter insani:*

*Hic habet Hic intus, nil habet Ille foris.*



IN

## IN PHILIPPVM MELANCHTONEM,

Atheum.



**H**inc Superū regnīs amens mouet arma Melanchthō,

*Inde pijs amens Manibus arma mouet.*

*Fallimur: his non arma mouet, nec praelia; Manes*


*Ille nihil, Superos est ratus ille nihil.*

In Lorpheum Castraporcium,

Pöetastrum Hæreticum.


*Iure trahi Lorpheus nomen sibi iactet ab Orphee;*

*Mollit Hic tygres, \*mollit Ille fues.*



POLYHYMNIAE  
IN OTHONEM CERBERVM.

Hæreticum.




*Q*uam procul è sacris Otho Cerberus aufugit anis  
 Tambene Caluina septa tuetur bara.  
 Anguineum huic vni concede, Megara, flagellum;  
 Huic stygias vni, Cerbere, crede fores.  
 Sedibus hic postquam vestris successerit, Orci  
 Vnus erit custos, vnus Erinnyis erit.



CORNELIVS BVCEPHALVS,

Sive Capitaneus,

Cum ad Geneuenses mutato no-  
mine, desertaque Religione  
transfugeret.



**Q**uò ferat usque meum vulgi ludibria nomen?  
 Nomine taurinum quò caput usque feram?  
 Excute cornigerum mea dedecus emente virtus;  
 Ipse mihi Alcides, ipse Achelous tua.  
 Larga bonis, Achelou, tuo sit copia cornu.  
 Sitque malis cornu copia larga mea.  
 Quis furor est Latijs quis agit procul castris ab oris?  
 Iam profugum stabulis coge, Geneua, tuis.



POLYHYMNIÆ  
IN THEODORVM BEZAM,

Perditissimæ nequitix senem.

De ipsius ἀστυγεία.



*Dum rugosa tibi grauis asperatora senectus,*

*Nulla tibi comes est, nulla iuuenta sequax.*

*Obuia Sylvanum te credit, abique Napeæ;*

*Obuia te Faunum credit, abique Dryas.*

*Seque alto Galatæa refert, exterrita ponto,*

*Cui simul es visus, visus adesse Cyclops.*


*Iam subeas Acheronta, tuis ibi nanque secundas*

*Eumenidas votis experiere Charon.*



## MAHOMETIS ARABIS

Tamulus.



**C**lauditor hinc, totum qui pendè bicornibus Orbem  
 Lunati clausit finibus orbis Arabs.  
 Herculeo vincit in pendet magnete cadaver,  
 Tellurem nequa polluat, urna, lue.  
 Distrabet has olim frustra se compede vinculis  
 Et vetus Alcide cogere monstra labor.



## DE EODEM MAHOMETIS TVMVLO.



**C**Aucaſeo cobibent ubi vertice vincla Prometheū,  
 Cor redituſum illi è pectore vellit axis.

Caute chalybs Arabem cobibet magnetido; tauris.

Hic Sygias ſuperat intus ille ſacies.

Dignus è hic diram redidit corde volucere.

Paſſere; ſed cor Arabi peſtiferum habuit.



## DE BODEM MAHOMETIS TVMVLO



*QVà testudineam curuatur in absida magnet,*

*Conditafert Anatis pendulus affa abalyb.*

*Atria sublimis leuat se mole caducee,*

*Et medium libet se pro inans cinis.*

*Ecqua superstitia lenior Mahometida surgat*

*Cui fit ut alachalybe, aut fit ut abafit.*





CRUCIUS FUNISERIVS VESPILLO

Quòd spe hæreditatis exciderit,  
manus sibi affert.



**D**iscernatur funus quòd sit sine foenore, rursus

Quòd sine sit, foenus funere, discernatur.

Vel referam mihi trista suo cum foenore funus,

Vel referat funus, qui sibi foenus habet.

Ne funus sine foenore, ne sine funere foenus.

Aspiciam, ipse mihi Crux, mihi Funis ero.



LIBER TERTIVS 413  
DE CYNICO, ET ADORO.



*I*urabat Cynicus, quod pletheret Orcus Adorum;  
Crediderim, Stygius si foret ille canis.  
Quin idem accedat, si Cerberus, alter Auerno,  
Periurus, quamuis per Styga iuret, erit.  
Nec \*lapidem iurare Iouem per fata licebit,  
Ipse canem, cogit nam procul esse lapis.

Ad Adorum, de Cynico.

*D*eterat hoc Cynicus, quod Auernus, Adore, tenet te;  
Nulla fides, Stygius sit licet ille canis.



## PENTAPOLIS BUSTVM

Exhausta aquis



*V*nda, quæ mentes, quæ corpora tergitis, vnda,  
 Vltane nunc vestram diluat vnda tuent  
 Ignibus absumptæ quondam celestibus Urbis  
 Foeda nefas vestro condere busta facn.  
 Fallimur, bus ignis veniunt in foedera lymphæ,  
 Vindicis ut pœnas augeat ignis aqua.  
 Numinis vltlices dederant cui funera flammæ,  
 Et cineres vltlice Numinis vnda tegit.



DVX PERDWELLIVM GENIORVM.

Penam sedem metum in Aquilone. DA



Quin ego quin au sim folio par ire Tonanti.

Lucifugi princeps agminis Asti ait.

Aestas Hyperboream mox culmen adire Trionum.

Impia iuratas monit in arma manus.

En, ut sere pares ! axem subit\* altus uterque;

Nil habet Hic infra, nil habet Ille supra.



## ANTICHRISTVS

Ad perditum Genitum Antesignanum.



**V** Nigens, sum in oque parem virtute Tonanti

Plurima thuricremis me colet ara facis.

*Hic simul inflaras ut mirare classica, Platonem*

*Subdita pene tuis legibus Aëthor erat.*

*Nunc solum, O summi detus Aquilonis honores*

*Nunc tua me, Pluton, afferere regna Dura.*


*Quæsieris, qua summa petam vi sidera? nostra*

*Illa rudimentum classica vere tubæ.*



## DE CAINO.

Questus Abeli.



**N**ostra flagrat flamma dum calite victima, Fratris  
 Corripient diras inuida corda faces.  
 Sanguine qua nostro extincta, incendere cruento  
 Vindicis ultrices Numinis amne minas,  
 Abde \*nouis trepidum te manibus abde; Satelles  
 Te meus erronem pellet ab orbe cruor.



## PHARAO

Profugis Hebræis infestus .

**I**am caput arcanis Pater exere Nile latebris,

Mille supercilio lumina pande, Pharos;

Vester uti prospectus ouet, cum cernet, ab hoste


Quas meus hoc pœnas exiget ense furor.

*Perge minax, ira que faces superingere; tantus*

*Quo furor extinctus detonet, a quor erit.*

*Is acidum qui cade rubere coëgeris amnem,*

*Ipsè tua coges cade rubere fretum .*



IN IVLIANVM CAESAREM,

A' Diuo Mercurio cœlitus extinctum .

**T**ransfuga Christiadæm, diuini Transfuga cultus,

Niliacum\* maestas thuris honore bouem. A

Centeno excubitor sis lumine Osiridis aræ.

Centenoque Apis sis licet igne vigil.

Si bouis alter eris custos Memphitidis Argus,


Te quoque Mercurius qui necet, alter eris.





## SIMONIS SAMARITAE,

μυστικὰ καὶ Πρῶστιγα.



**A**lfit Idumeus glacie & Virtutibus, & arsis


Ignibus, hinc squamis horruit, inde rudis.

Alite sed superas dum tranat Alastore habes.

Tartareas præcepit Icarus hausit aquas.

Irritus infernae labor artis! ut aethera tranet,

Daedaleum præstat, quàm Stygis esse fabrum.



Quibus magis perspicua redduntur ea,  
que minus liquent in Po-  
lyhymnia

**P**agina 23. vers. 7. *Subduxit ab axe Prometheus)*  
Qua de re, praeter ceteros, sine cecinit Vida, lib. 1.  
Poet.

*Has magni Natas. Iouis olim duxit ab astris  
Callidus tu terras insigni fraude Prometheus;  
Cum liquidos etiam Mortalibus attulit ignes.*

Pagina 28. in seminate. *Erit hinc)* Inscriptio nostrae  
Imitationis à loco, quod nouitium Latinis Ca-  
moeis, carmen ad Erythraeum mare deduximus.  
Pag. ead. vers. 1. *Hinc fundit Arabes)* Alter Arabi-  
cus, alter Persicus sinus dicitur.

Pag. ead. vers. 1. *Actia buccina)* Actia Sineeri maritima  
poeas

Pag. 29. vers. 1. *Arfinon)* Arfinon, & Berenice,  
oppida in situ Arabico.

Pag. 30. vers. 1. *senectus Plinius lib. 9. cap. 25. Floue-*  
*scunt, inquit, margarita senecta; nec nisi iumenta*  
*constat ille, qui quatuor vigen.*

Pag. ead. vers. 1. *manipulis pallescent)* Plinius libro  
& capite eodem. *Sordescunt & pallescunt, et ut se lo-*  
*minante, quod hanc in corpore, et ut ducis ma-*  
*giorem, sordidatam esse, quod am mario: Inde, nubilum*  
*trahi colorem, aut pro claritate ducit tunc ferre.*

N O T Æ.

Pag. ead. vers. 6. *Dum subeunt Dactem*) Plinius eodem loco. *Quidam tradunt, sicut apibus, ita & Concharum examinibus singulas magnitudine, & venustate præcipuas esse veluti Duces, mira ad cauendum solertia.*

Pag. ead. vers. 8. *Canibus marinis*) Conchæ, inquit Plinius ibidem, in alto comitantur marinis canibus, ne tamen aures foeminarum arcentur.

Pag. ead. vers. 12. *Elenchos*) Vniones, inquit Plinius, fastigiata longitudine Elenchos appellant.

Pag. ead. vers. 17. *Narei Sidonis*) Nympha maris Sidonij.

Pag. 31. vers. 5. *Aeolides*) Is est Mifinus Tritonis amilator.

Pag. 32. vers. 1. *Actia Chalcidica*) Id est Musa Actij Sinceti, cuius patria Neapolis, à Chalcide subeunt Vrbe deducta. legu. Vellemus tui.

Pag. ead. vers. 16. *Inquit modum*) Id est concinne, & secundum rhythmum: vbi scilicet motus, atque agatio fluctuum imitaretur quantitates, ac tempora metrorum. *Concinite in modum*, Catullus dixit. Virgilius, *in numerum ludere, & motare cacumina.*

Pag. 33. vers. 4. *Vatem.*) Id est Mosen.

Pag. ead. vers. 9. *Erythreides*) scripsimus hæc vocem, de trita vna ex diphthongo litera. Sic Catullus in carmine. *Collis, & Heliconij dixit, Ille patris Erythrei.* Et in Hendecasyllabo, *Quis hoc potest videre, quis possit patri dixit, Ve albatrus volubilis*

Dio-

N O T A E.

*Dioneus*, pro *Erythrai*, ac *Dionæus*, detriuit enim  
vnam diphtongi literam, metri causa, lege ad eos  
Catulli locos Muretum :

Pag. ead. vers. 14. *tumesceret alius*) Plinius loco su-  
pra laudato. *Conchas ubi genitalis anni stimula-  
uerit hora, pendentes sese quadam oscitatione, im-  
pleri rosido conceptu tradunt; gravidas postea  
eniti, partumque earum esse margaritas :*

Pag. 36. vers. 6. *nocent soles*) Plinius ibidem. *Mi-  
ror, ipso tantum ea rebo gaudere, Sole ru besceret  
candoremque perdere, et corpus humanum. quare  
preceptum candorem custodiunt pelagiae conche,  
altius merse, quam ut penetrant radij,*

Pag. ead. vers. 17. *Carminis illic*) Id est magici carmi-  
nis illicis excantamus, & pellimus, ex Veterum  
errore, qui stolidè credebant, alienas segetes pos-  
se carminibus ex agro in agrum excantari, atque  
traduci. lege Plinium lib. 18. c. 6.

Pag. ead. ver. penult. *Turbo*) Qui thombus est Theo-  
critæ pharmaceutrix, turbo est Horatianæ Ve-  
nificæ.

Pag. 37. vers. 9. *Cylindros*) Cylindrus Iuvenali, Plinio  
Elenchus, est margarita oblonga.

Pag. ead. vers. 17. *Gorgoneo*) Corallium ipsum dicit  
Gorgoniam tradit Plinius, quod sanguine Gor-  
gonis erubuerit lapis. lege Ovidium metamor-  
1. 4.

Pag. 38. vers. 2. *Cautes Magnæssa*) a Magnæsa regio-  
ne dicuntur cautes Magnæsa, rursus lapis dicitur

Pag. ead. vers. 4. *Amplexibus ambit*) Plinius lib. 36. c. 16. *Quid lapidis rigore pignus: ecce sensus, manusque tribuit illi natura, quid ferri duritiâ pugnacius. sed & cedit, & patitur mores; trahitur namque à magnete lapide, & ad inane nescio quid currit, teneturque, & complexu tenet.*

Pag. ead. vers. antepen. *Ceraunia*) Quæ & Brontia gemma, cadere cum imbribus, & fulminibus dicitur. Plinius lib. 37. c. 10.

Pag. 39. vers. 1. *Horrescere matres*) Plinius lib. 9. c. 35. *Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minus; si vero & tonuerit, pauidas ac repete compressas, quæ vocantur phylsemata, efficere; hos esse concharum abortus.*

Pag. ead. vers. 6. *Amiantus*) lege vires huius lapidis apud Plinium lib. 36. c. 19.

Pag. 40. vers. 2. *Augustum Sacris*) Id est Sacrorum honore auctum, ut pote Divis scriptum.

Pag. 41. vers. 2. *Anguon*) vide Notas in Eclogâ primâ.

Pag. ead. vers. 16. *Viron*) Siquidem viriditas dicitur  $\chi\lambda\omega\rho\tau\eta\varsigma$ , vnde nomen Chlorei.

Pag. 42. vers. 4. *Vnigenas Oceanitidas*) Id est Oceani vniones.

Pag. 43. vers. 3. *rudes Indos*) Non adhuc Sacris exculsos.

Pag. 44. vers. 3. *Arida Aurora*) Id est minimè roscida.

Pag. 46. vers. 4. *Fortune nomen*) Insulæ Fortunatæ Veteribus appellatæ.

Pag. ead. vers. 9. *Erytbrei*) Pro Erythræi, detrita pri-

N O T A.

- 2) *ma* vocali ex diphtongo, vt supra monuimus. 1  
 Pag. 47. vers. 2. *Mantoi Carminis*) Quod cecinit Ma-  
 ro, Ecloga quarta; cuius initium, *Sicelides Musa*. 1  
 Pag. ead. vers. 14. *Aseuede*) Is est Ignatius Aseuedus,  
 Dux, & Antesignanus Sociorum. 1  
 Pag. ead. vers. penult. *Imaginis agide*) Ignatius Aze-  
 nedus, inquit *Masseius*, sumpta Delphicae Image-  
 ne, quam Romam secum extulerat, prout res, & tē-  
 pus postulabat, ad officium, atque pietatem cun-  
 ctos hortari.  
 Pag. 48. vers. 2. *Palme feret omina*) Ad Palmam eni-  
 vnam ex Canarijs, seu Fortunatis Insulis Heroes  
 occubuere.  
 Pag. 55. vers. 1. *Aëtius ora*) Ab ora enim maritima  
 quae græcè dicitur *Acta*, dictus est Aëtius, Sanna-  
 zarius.  
 Pag. 63. vers. 5. *Magne Parentis*) Id est, Naturæ.  
 Pag. 63. vers. penult. *Lorylum*) Is est idem, cui inscribi-  
 tur hæc Ecloga, Leo Sanctus.  
 Pag. 64. vers. 6. *Manus abena*) Ferrea manus, inquit  
*Liuius lib. 24. loquens de Archimede Syraculis*  
 propugnante, firmæ catenæ alligata, cum iniecit  
 proræ esset, grauique libramêto plumbi recelleret  
 ad solum, suspensa, proræ. nequa in puppim sit-  
 tuebat.  
 Pag. ead. vers. 9. *Dadalei magi*) Is est Tarentinus  
 Architas.  
 Pag. 66. vers. 10. *Lærechides*) Is est, Noëus, Lærechis  
 filius.  
 Pag. 66. vers. 11. *Quæ Nereidum*) Is est, Nereus  
 filius.

Pag. 73. vers. 16. *Latij fines*) Traditur Noëus idem esse, qui Janus, vetus Latij incolæ.

Pag. 74. vers. 12. *Procul obuia*) Id est præ oculis, ut loquitur Virgilius.

Pag. 77. vers. 7. *Vicinaeque vepres*) Lucretius lib. 4.  
-----*sæpe videmus*

*Illorum spolijs vepres vilitantibus auctas.* lege Nonium.

Pag. 83. vers. 8. *Anguis Apollineus*) Is est Aesculapius, Apollinis filius, sub anguis specie cultus.

Pag. 86. vers. 12. *Victricis signi*) Claudianus in panegyrico Honorij, dixit. *solam victrix.*

*Auget spes Italas, & castius omnia surgant*  
*Victrici concepta solo.* Ac Lipsius de cruce lib. 3. c. 15. *Statim, inquit, victrix illud signum militibus signis inseruit.*

Pag. ead. vers. 9. *Tergemina diara*) Id est Imperij Romæ Pontificis.

Pag. 87. vers. penul. *Nomen fatale*) ob Iesu nomen, quo insignitur, atque indigitatur Societas.

Pag. 90. vers. 7. *Senior*) Is est Dominus Petrus.

Pag. ead. vers. ult. *Samaritanis advena terra*) Is est Simon magus.

Pag. 91. vers. ante pen. *Suffesa*) Id est infecta, ut loquitur Maro.

Pag. 94. vers. 2. *Signa dabit*) Id est Insigne nominis Iesu.

Pag. 97. vers. 5. *Loisida virtus*) Sigonius in responsione ad epistolam Fæorni. *Versus, inquit, causa,*

*nomen aliquod à Poeta facile corrumpi potest: ut Virgilius corrumpit, qui Scipiadus dixit, quia propter creticum Scipiones dicere non potuit, & Silius, Macedum, quia propter tribrachym, Macedum non potuit. Sic ab Ouidio Tiberinus, pro Tiberio.*

Pag. 99. ver. 13. *Nomenque dedere Aligeris pat)* Alluditur ad nomen Angelici, quod sacra Rituum Congregatio Aloisio tribuit.

Pag. 100. ver. 12. *Andino Alumno)* Is est Virgilius, cuius patria Andes, vicus non procul ab vrbe Mantua.

Pag. 118. vers. 11. *Antonius)* Criminalis Antonius, qui primus è Societate Iesu à barbaris Bagadis martirizatus est.

Pag. 119. vers. 3. *Amidas)* Amida, & Fatochi Iaponis-  
rum Dij.

Pag. 121. vers. 2. *Sinnofo in turbine)* Id est in concha, seu conchylio, siue buccino.

Pag. 124. vers. 5. *castis Colonis)* Plinius lib. 12. c. 14. *Sacros, inquit, ferunt vocari, qui thura legunt; ob id nec ullo congressu feminarum, funerumque, cum incidunt thuriferas arbores, aut metunt, pol-  
hui; atque ita religione mercos augeri.*

Pag. ead. vers. 11. *Constatam mammam)* Plinius li-  
bro, & capite modo laudato. *Præcipua, inquit, gratia est mammoso thuri, cum devente latrymæ in priore, consecuta alia miscuit se.*

Pa. 129. ver. antepen. *Vt sit infans nivalis)* Id est quâ-  
vis sit nivalis, seu nivosa.



- Pag. 130. vers. 4. *Sionis Arbitrator*) Idest Herodes .  
 Pag. ead. ver. antepc. *Memnonis nepotes*) Reges Eoi.  
 Pag. 132. vers. 14. *Esse suos natos*) Idest, mandare.  
 Pag. 133. vers. 10. *Iupiter iret in suam avam*) Idest  
 sub imagine cycni infestaretur aquilâ ; sunt enim  
 Cycni aquilâ infensi, infestique.  
 Pag. ead. vers. 11. *Amyclei honoris*) Idest Leda , ab  
 Amyclis patria.  
 Pag. ead. vers. 12. *Sustulit*) Idest concepit, & educa-  
 vit.  
 Pag. 144. vers. 11. *Quin acus*) est, acus, aceris , palea.  
 Sic infra .  
 Pag. 145. vers. penult. *Cur acus ex acuis, spicumque*)  
 Idest paleam, & spicam .  
 Pag. 150. vers. ult. *Ferâ acus*) Idest paleam .  
 Pag. 153. vers. 7. *Convolvulus*) Flos est, vt ait Plinius,  
 rudimentum naturæ, lilia facere condiscens.  
 Pag. ead. vers. 8. *Clytie*) Heliotropium .  
 Pag. ead. vers. 9. *Flos labi nescius*) Amaranthus .  
 Pag. 156. vers. 6. *Infans*) Moses in Nilum abiectus .  
 Pag. ead. vers. 9. *Anaurus*) Is arinis, ait Plinius loquens  
 de Nile lib. 5. c. 9. vnus omnium nullas expirat au-  
 ras, inde dicitur *Anaurus*. vide Delecampij annota-  
 tiones in eum Plinij locum .  
 Pag. 157. vers. 8. *Patrius labor*) Idest Diui Iosphi.  
 Pag. 163. vers. 13. *Heo ego*) Verba è ritu Sacrorum,  
 vsurpata cum ad attentionem excitarentur animi .  
 Pag. 164. vers. 6. *Legiferi Ducis*) Idest Mosis .  
 Pag. ead. ver. 8. *Maclat*) Idest magis auget, & cumu-  
 lat .

- Pag. 167. ver. vlt. *Quadrifidi axis*) Idest Crucis, quæ etiam proximo versu dicta est, pherætrum.
- Pag. 169. ver. 2. *Exanimus Neræa*) Is est lacus Asphaltites; à quo, inquit Phinius, *ebibitur Iordanis, aquasque laudatas perdit pestilentibus mistas;*
- Pag. 171. vers. 15. *Exit*) Idest, euadit, euitat. *Silens iridem dixit*
- Crado luctari pelago, atque exire procellas.*
- Pag. 176. vers. 1. *Iessida*) Is est Dauid, Iessæ filius.
- Pag. 179. ver. 9. *Cisside*) Is est Saul, filius Cis.
- Pag. ead. ver. 16. *Exisset*) Idest, effugisset. ac declinasset.
- Pag. 186. vers. 6. *Vt referat folijs*) Est enim rhodophyllon græcè, rosæ folium.
- Pag. ead. ver. 7. *Amyclide*) Id est Hyacinthi, ab Amyclis patria.
- Pag. 207. ver. penul. *Oracula quercus*) Columbarum in Sylua Dédonæa è quercu edebant oracula.
- Pag. 208. ver. 1. *Iridis nomen*) Iris dicitur lilium, præcipue aureum, ac folijs discoloribus.
- Pag. 215. ver. 4. *gratas hospitis vices*) Hospites grati animi ergo dabant Xenia, idest munera ijs, quorum hospitali domo exciperentur.
- Pag. 217. vers. penul. *spem ostendant*) Lilium, spei publicæ Symbolum. lege Pterium.
- Pag. 226. vers. penul. *Lunula*) Lunulas appellari tradunt Eruditi, qui simulacris Diuorum superponuntur, orbés. lege Camer. in problem.
- Pag. 228. vers. 1. *Signis*) Idest, vexillis.

Pag.

N O T Æ.

- Pag. ead. vers. 2. *Signa*) Id est, astra.
- Pag. 234. vers. 2. *Ande*) Virgilij patria, Andes.
- Pag. 235. ver. 1. *Conon*) Is est Mathematicus, qui comam Berenices in cælo ostendit, de quo Catullus, & Maro.
- Pag. ead. vers. 2. *Indus*) Inter astra alterius Hemisphærij numeratur Indus.
- Pag. 261 in ipso lemma, siue argumento, *Nepenthes*) est liquor, cuius potio hilaritatem inducebat. lege Plinium.
- Pag. 271 in argumento, *Veternoso*) Is est Hydropicus, ex Catone apud Festum.
- Pag. 273. In argumento. *Heautus timorumænus*) Id est sese excruciantes, qualis Homericus Bellephontes, ac Terentianus Menedemus.
- Pag. ead. vers. 3. *Est*) id est, exedit & conficit.
- Pag. ead. ver. 6. *Esse*) Lusus ambiguæ vocis, *esse*, quæ significat, *esse* à sum, es, est; & comedere.
- Pag. 274. ver. 5. *Tollere natos*) Lusus in voce ambigua, *tollere*, quæ significat educare, & occidere.
- Pag. ead. ver. 6. *Efferre patres*) Lusus in voce, *efferre*, qua significatur, extraferre, qualis significatio in primo versu, & ducere funus, vt hic.
- Pag. 276. ver. 5. *Columbe*) in Dodona Sylva Columbe edebant oraculum Iouis.
- Pag. 277. vers. vlt. *Interius*) Id est spatium, curriculumque contra has ad metam fatalem. Interius enim est, quod est sinistrum; atqui motus sinistra manus, est breuior, ac minus exprorectus. Seneca

## N O T A.

neca de tranquillitate dixit. *Non in turfu tantum, Circique certamine, sed in his spatijs vite interioris flectendum est.*

Pag. 278. ver. ult. *Gorgoneus cruor*) è cæse, enim Gorgonis sanguine extitit Corallij rubor.

Pag. 282. ver. 5. *Acanthis* (dicitur enim *à τὰ ἀκανθία* idest à spinetis, in quibus uersatur.

Pag. 293. uer. penul. *Aequor*) Idest, ager Campanus.

Pag. 295. uer. penul. *Dat Arabi sua nomina*) Dicitur enim Campania felix, ut felix Arabia.

Pag. 298. uer. ult. *Colone Liber*) Idest Bacche, qui Vesunijum incolis, & *Colone Liberi*, id est, qui Bacthi, atque ideo Vesunij uincta excolis.

Pag. 303. uer. 4. *Sagra*) Fluvius patrius, unde dictum oppidum Sagrianum, de quo lexicographi, in uoce, Sagra.

Pag. 340. uer. 1. *Sosper Signum*) Idest Crux, Salutis uexillum.

Pag. 354. uer. ult. *è profugo Patre*) è Caino pœnas repetijt cruor Abelis.

Pag. 369. uer. ult. *Hydra, Leo*) Hydra igni succubuit, Leo itidem dicitur igne terreri.

Pag. 382. uer. 1. *Centena hominum millia*) Tradunt Auctores idonei, totidem à Saberio Iustralibus aquis expiatos, quot à Cæsare fuere cæsi.

Pag. 391. uer. 2. *Hoc Honor, hoc Virtus*) alluditur ad Virtutis, & Honoris templum, à Marcello Romæ excitatum.

Pag. 392. uer. 10. *Vuceri*) Is est Martinus Bucerus.

Ibid.

**Ibid.** uer. 11. *Aligrante lilio*) Is est Io. Cahninus Stigmaticus lilio candenti.

**Pag. 393.** uerf. 1. *Saxonis*) Is est Martinus Lutherus è Saxonia.

**Pag. 403.** uerf. 1. *Senon*) Idest, Galli Senones, qui Capitolinam arcem inuaserant.

**Pag. 405.** uerf. 6. *Mollis*) Luditur in ambigua uoce *mollis*, quæ significat placare, & curare.

**Pag. 413.** uerf. 5. *Lapidem Iouem iurare*) Sanctissima apud Veterum superstitionem iurandi formula. lege! Gellium lib. 1. c. 21.

**Pag. 415.** uerf. 5. *Subit altus uterque*) Lusus ambiguae uocis, *altus*, qua significatur, summus, & imus.

**Pag. 417.** uerf. 5. *Nouis moribus*) Caius omnium primus præ metu ob Fratris cadem, se moribus textit.

**Pag. 419.** uer. 2. *Niliacum boodem*) Fuerat Iulianus præcipuus cultor Serapidis, qui bouis effigie referebatur.

**Pag. 420.** uerf. 1. *Idumæus Vertumnus*) Is est Simon magus.

# INDEX

## LEMMATVM, ET ARGVMENTORVM,

Quæ tribus hisce Polyhymniæ libris  
continentur.

### LIBRO PRIMO.

- I**Conismus expressæ in programmate Polyhym-  
niæ, quo Musa redux in Cælum, Diuum Ignatium  
sui reditus Ducem agnoscit. pag. 23
- Erythræis, siue Ecloga prima, in qua Anicæzum  
carmen. 28
- Erythræis secunda, in qua Magicum carmen. P. Iu-  
lio Cæsari Recupito. 32
- Erythræis tertia, in qua Apotheosis Diui Sæberij.  
pag. 40.
- Erythræis quarta, siue Atlantias, in qua epinicium  
canitur ijs, qui è Societate Iesu in mari Atlantico  
à piratis Caluinijs occiderunt. 46
- Erythræis quinta, in qua Eudorylas (is est Diuus Sæ-  
berius) abreptam vndis Cruci suffixi Seruatoris  
effigiem deplorat. 51
- Metamorphosis ex Auroræ lacrymis in margaritas.  
P. Famiano Stradæ. 56
- Lyladas, siue Ecloga sexta parergon, in qua entheus  
Physiologi genius. P. Leoni Sanctio. 61
- Thaumantias, post deletos eluione mortales, su-  
E e per;

# I N D E X.

perstitis Nōei luctum absterget alloquio.	65
Jani Idolopœia, siue Gratulatio Calendis Ianuarijs.	
pag. 79.	
Triumphus B. Aloisij Gonsagæ, è diuicta Honoris, ac Voluptatis illecebra.	97
Anathemata, siue Donaria in D. Ignatij Apotheosi, videlicet,	
Tethydis Tyrrhenæ, Corallia,	117
Sericanæ regionis, bombycinum vellus.	118
Gangis, Elenchus ex adamantibus, pyropisque cō- fertus,	119
Doridis Erythrææ, vniones.	120
Nerines Oceanitidis, purpura.	121
Tritonis Sarmatæ, succinum.	122
Sabzi Coloni, thura.	123
Auctor Neapolim redux, ad P. Petrum Alois absen- tem.	125

## L I B R O S E C V N D O.

<b>I</b> N Christi Soteris natali die, Peruigilium.	128
Elegorum dedicatio Bethlemijs Cunis, Elegia Prima	132
Ad Bethlæum specus, Elegia Secunda.	135
Prosopopœia Bethlemiticæ specus, Elegia Tertia, pag. 137.	
Ad Hyemem, in Bethlæum specus debacchantem, Elegia Quarta.	140
In Aristas Infantis Dei cunis instratas, Elegia Quin- ta,	143
Ad	

# I N D E X.

Ad Solem, vt maturet ortum, ac Bethlæos fine- lustret, Elegia Sexta.	146
Ad Infantem Deum coloribus expressum in Bethle- mitica specu. Elegia Septima.	149
Cunæ Nazarenæ, Elegia Octaua.	153
Ad Deiparam, dū Ignatij Parens ob cultū Virginei puerperij in stabulo parturiret, Elegia nona.	159
Peruigilium, pro votiua Sacrorum instauratione, Elegia Decima.	163
D. Ignatij Hierosolymitana profectio, Elegia Deci- maprima.	165
Epiniciū Iudithæ, cæso Holopherne. Elegia Deci- ma secunda.	173
Dauid psaltrius ad Regis intemperias temperandas. Elegia Decimatertia.	176
In D. Magdalenzæ effigiem, intra rosæ calycem ex- pressam, Elegia Decimaquarta.	180
De Diuino præsidio, Hominumque Tutela Cælesti Genio, Elegia Decimaquinta.	182
Rosæ prosopoeia, ad Iulium Rhodophyllum, Ele- gia Decimasexta.	185
Vesuius Parthenopes desiderio flagrans, ad Sebe- thum, Elegia Decimaseptima.	187
Ethopoeia temulenti Lyconis, Elegia Duodeuige- sima.	109
Ad N. Etærum, de Lyco cane, ipsius desiderio tabe- scente Elegia Vndeuigesima.	195



# I N D E X,

## L I B R O T E R T I O.

<b>P</b> ervigilium, aduentante Diuino Spiritu.	208
De Gentilitijs Insignibus Innocentij X. Pont.	
Opt. Max. ad Tyberim, Epigramma primum.	207
De eiusdem Insignibus.	208
Ad eundem Pont. Opt. Max. de Aureis Lilijs Gentilitijs.	209
Scitissimus mellis sapor, ex Urbani VIII. Apibus.	210
Nactareus mellis sapor, ex eiusdem Apibus.	211
Ad Cæsarem Ferdinandum Secundum.	212
Ad Cæsarem Ferdinandum Tertium.	213
De Aquila Cæsarea.	214
Hispaniarum Rex, de suo Imperio, ac tributis.	215
Ad eundem Hispaniarum Regem, de ipsius amplitudine imperij.	216
Ad Clodouæum Primum Gallorum Regem.	217
Ad eundem Gallorum Regem, de lilijs aureis.	218
Ad Sarmatiæ Regem Societas Iesu.	219
Ad eundem Sarmatiæ Regem B. Stanislaus.	220
De Polonis Turcarum victoribus, deque Alce indigena.	221
Ad Sarmatiæ Regem, Thracum Victorem.	222
De Lysippo, & Apelle magni Alexandri Fictoribus	
pag. 223.	
De Phiippi Hispaniarum Regis II. animi moderatione.	224
Ad Societatem Iesu de corde Henrici magni Gallorum	
rum	

# I N D E X.

rum Regis, ipsi tradito.	225
Ad eandem, eadem de re.	226
Ex Cælo Austriaco, Arctos.	227
Aquila Austrias Draconem abigit.	228
Engonifis.	229
Bootes.	230
Corona.	231
Lyra.	232
Cassiopea, & Andromeda.	233
Olor.	234
Cepheus.	235
Cæsar Austriades Perseo par.	236
Ex mundo Augustali Pannoniorum Regina à Musis elaborato, ad Augustam Austriada Progama.	237
pag.	237
Corona.	238
Pecten aureus.	238
Tænia.	239
Reticulum.	239
Flammeum.	240
Siren rediniua, Augustæ aduentu.	240
Nauigatio Augustæ.	241
De sacra Sindone, Tutela Ducis Allobrogum.	242
Ad Ducem Allobrogum, de eadē sacra Sindone.	243
Lusitanorum auspicijs. vterque Indus Iustralibus & aquis expiatis.	244
Ad Urbem Venetias.	245
De eadem Vrbe Venetijs.	246
Ad Ianuensem Urbē, de Christophoro Colūbo.	247

I N D E X.

Christophorus Columbus.	247
Sirenes propter Sebethum, ad Cardinalem Bencom. pagnum.	248
Afcanius Card. Philamarinus, de Symbolo Heroico sui <i>Amaranthi</i> .	249
<i>Ad</i> Pietrum à Castio Lemensium Comitem.	250
<i>Ad</i> eundem.	251
<i>Ad</i> Io. Baptistam Mansum, Villæ Marchionem.	152
In funere Francisci Gueuaræ.	253
<i>Ad</i> Cæsarem Flammiuuium, aquis extinctum.	254
<i>Ad</i> Fabium Capycium Galeotam, Regij Senatus Præsidem.	255
De Veritate, ac Fide <i>Annalium Baroniorum</i> .	256
<i>Ad</i> P. Theophilum Raynaudum.	257
<i>Ad</i> P. Io. Rhò.	258
<i>Ad</i> P. Barpt. Beluederium.	259
Emblema, conuoluolus, & pauper,	260
Mel è roscida florum lacryma, <i>Nepenthes</i> .	261
Aureus mellis color.	262
Vix lacteæ, liliorumque contentio.	263
Aethra, & Hybla Aëtris, Floribus que certantes.	264
Heliotropium, Solis desiderio contabescens.	265
Aëtra diurna, ex ortu, occasuque Solis.	266
<i>Viola Veris Antefienanæ</i> .	267
<i>Hyacinthus, sitie Iris agrorum</i> .	268
<i>Narcissus pulcrior nunc flos, quàm olim Puer</i> .	269
<i>De simulacro Cupidinis inter rosas dormientis</i> .	270
<i>In simulacrum Cupidinis bubulci</i> .	270
<i>De splenetico, ac Veternoso, allegoricè</i> .	271

In

## I N D E X:

In Adonim Märini, igni deuotum:	272
In Heautus timorum ènus:	273
De necè Aprugni Hugonotidæ:	273
Impia Hugonotidæ Pietas in suos:	274
In Apellam.	274
In Lucubrationes difertiffimi patrõni Frantifei Pa: pari.	275
Idem argumentum.	276
Horologium Solarium:	276
De Eodèmi:	276
Graciãle Mortis fimulacrum:	277
Sepulcri epigramma.	277
Ad Libitinam, de corallino ipfius fimulacrõ:	278
Fictilis Humanæ Vitæ imago:	279
Cor oculi tegunt, ac detegunt.	280
De speculo fluuiali, ac vitreo:	281
Tumulus Acanthidis:	282
Solarium Horologium:	282
Ouidij tumulus:	283
Tumulus Lartis Senis, & Othonis Pueri.	284
Puer alloquitur Patrem, cuius imaginem referebat, pag.	285
Aetheris, Aerisque dialogifmus:	286
Nofttum ex Hydrunto Neapolim iter.	287
Ægri animi Symbolum, Bombyx.	288
Apologus, os tegit, ac detegit ingenium:	289
Vefuuianum incendium cladem portendit Otho- mano.	290
Ignis Vefuuianus Bacchi, Cereisq; vberitatem por-	290

tendit.	291
E Vesuuijlabe Plinij casus, & Campaniæ vastitas.	292
E Vesuuijana eluione Campani agri felicitas.	293.
Idem argumentum.	294
De Vesuuiio rediuuiuo, deque nomine Campaniæ felicitis.	295
Vesuuius dirimit quod est inter Campaniam, Siciliamque à Natura discrimen.	296
De Vesuuiio rediuuiuo, Parodia.	297
Grati animi vices erga Isabellam Feltriam Bisinienfium Principem.	299
De eiusdem Principis erga Societatem benignitate.	300
Ex Parentalibus Marcelli Castanei, de Ipsius Insigni Gentilitio.	301
De eiusdem in nos benignitate, in Inuidum.	302
Ad Marcellum Castaneum, de soli natalis Insignibus.	303
Ad eundem iisdem de Insignibus.	304
Sagra Fluius suo populari parentat.	305
De Castanei in egenis locandis benignitate.	306
De eiusdem aduersus parricidâ animi æquitate.	307
Idem de sua in vsu rei familiaris frugalitate.	308
Eadem de re.	309
Eadem de re.	310
Sagra Fluius Vrbi Catacensi gratatur.	311
Catacensis Vrbs de suis Insignibus, in Marcelli funere.	312
Chaos coloribus expressum.	313.

De

# I N D E X.

De nomine, & cognomine Phœnicis, & Palmæ.	314
Ladon pastor Infantis Dei os contemplatur.	315
In Christi Soteris Natali die.	316
In illud ex Psal. exultauit vt Gigas ad currēdā viā.	317
In effigiem Infantis Dei.	318
Ladon pastor os Infantis Dei contemplatur.	319
Ad Infantem Deum Deiparæ mammis inhiātē.	320
Deipara Virgo faucij Pueri vicem dolet.	321
Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis.	322
Ad Infantem Deum, dum circunditur.	323
De Christo Sotere vittato, spinisque redimito.	324
Christus Dominus inter cruciatus, Agnus, & Ce- ruus.	325
In Christi Domini flagris cæsi marmoream effi- giem metaphrasis.	326
In Natali Deiparæ.	327
Ad Infantem Diuam.	328
Deipara Virgo, liliū inter spinas.	329
De lilijs à Christo Domino Salomonis purpuræ prælati.	330
In illud Senecæ. <i>Si vis ea, quibus urgeris, effugere,</i> <i>non alibi sis oportet, sed alius.</i>	331
De Diuo Parthenio Martyre, telo linguæ demorsæ. Lupam abigente.	332
In illud D. Augustini. <i>Quæ diu male ambulauerat,</i> <i>vestigia recta quærebat.</i>	333
De Lycij Tutela, & Insigni Lupa, ad D. Irenæ.	333
Sanctus Simeon Infantem Deum amplexus.	334
De Diuo Sebastiano.	335

Diuus

# I N D E X.

Diuus Franciscus Assisias ad vulnificum Alitem.	336
Idem ad eundem Alitem.	337
Diuus Dionysius Areopagita, deficiente Sole, diuinitus illustratus.	338
De Diuis Petro, & Paulo, à Nerone cæsis.	339
In Diui Pauli simulacrum cum Elogio, <i>vino ego, iam non ego,</i>	340
Ad Diuum Felicem, de Araneæ tela.	341
In illud Diui Maximi, <i>Arida rupes vice maternorum uberum populum nutrebat.</i>	342
Diuis Ignatio, ac Saberio Pòësis dedicatur.	343
De Diui Ignarij casu, in propugnatione Arcis	345
Ad Diuum Ignatium exempla sanctissimorum virum è sacris Annalibus repetentem.	346
Ad Diuum Ignatium opem ægris, egenis, ac perditis ferentem.	347
De Eiusdem Hierosolymitana profectioe.	348
Idem inter militum probra.	349
Ad eundem, dum ipsi in æstu curarum Deipara vna cum Puerò præsto esset.	350
Ad eundem, dum in sacra Synaxi Christo fruitur aspectabili.	351
Ad eundem natu grandem, rudes inter pueros erudiendum.	352
Impurum Stigij serpentis spectrum puris Iambis abigitur.	353
Diuus Ignatius Assertor Asceticæ pudicitie.	354
Diuus Ignatius è vinculis.	355
De cadauere ad Ignatij preces rediuiuo.	356

**De**

# I N D E X.

<b>De Sicario ab Ignatij nece Cælitis voce deterrito</b>	357
pag.	357
<b>De Perdito, in Ignatium Diris debacchante.</b>	358
<b>Ad Diuum Ignatium astrorum aspectu flentem.</b>	359
<b>Ad eundem, dum in fide retinet peruicacem Apellam.</b>	360
<b>Transalpina Soboles in Ignatij fide.</b>	361
<b>De parthenonibus ab Ignatio in Vrbe excitatis.</b>	361
<b>Alexander Petronius æger præsentem Ignatij opem experitur.</b>	362
<b>P. Leonardus Kessellius ad Ignatium sibi Vbijs ab Vrbe præsentem.</b>	363
<b>Ad D. Ignatium ex oculis lacrymas, è capite flammam emittentem.</b>	364
<b>Ignatius dat igni literarum fasciculum inter precandum allatum.</b>	365
<b>Societas Iesu ad Ignatium, ne sui moderationem detractet.</b>	366
<b>Ad eundem Societati Iesu leges scribentem.</b>	367
<b>Musicum instrumentum Ignatio deuotum Musæ.</b>	368
<b>Ad Patrum Decemprimorum Decadem.</b>	369
<b>Seculare carmen ad Diuum Ignatium.</b>	370
<b>Anathema Loiolæi gladij.</b>	372
<b>De Diuorum Ignatij, &amp; Saberij Apotheosi.</b>	374
<b>De Diuis Ignatio, &amp; Saberio.</b>	375
<b>De hisdem.</b>	376
<b>De hisdem.</b>	377
<b>De Eorundem mortuali die.</b>	378
<b>Ad D. Saberium.</b>	379



Ad eundem.	380
Ad eundem.	381
Diuus Saberius Iulio Cæsari confertur.	382
Eidem India instat, vt Indicam expeditionem maturet.	383
Ad D. Saberium, per quietem sibi visum Indiam sustinere.	384
Ad eundem, de Lychnucho aquis ardente.	385
Ad eundem, de Cancro Crucifixi effigiem deferente.	386
De vitro trigono, quo illice se Societatis homines Sinis insinuarunt.	387
Edmundus Campianus in Religionis perduelles stilum stringit.	388
De Henrici Garneti cruenta arista.	389
De P. Marcello Mastrillo.	391
Purus Iambus Diuo Saberio dedicatur.	392
Martinus Luterus Marti componitur,	395
In eundem Religionis Transfugam.	396
In Ioannem Calvinum candenti lilio stigmaticū;	397
In Puritanos, Calvini Sectarios.	398
In Martinum Vucerum.	399
In Luterum Saxonem, flabellum seditionum.	400
Ad Elisabetham Anglam	401
In Ioannem Hussiaden.	402
De Aquila Cæsarea, in eiusdem Hussiadæ Sectarios.	403
pag.	403
In Cælium Capitonem Hæreticum.	404
In Philippum, Melanchtonem Atheum.	405

In

# I N D E X.

In Lorpheum Castraporcium Hæreticum.	405
In Othonem Cerberum Hæreticum.	406
Cornelius Bucephalus Religionis Transfuga.	407
In Theodurum Bezam.	408
Mahometis Arabis tumulus.	409
De eodem Mahometis tumulo.	410
De eodem Mahometis tumulo.	411
Crucius Puniferius Vespillo	412
De Cynico, & Adoro.	413
Ad Adorum, de Cynico.	413
Pentapolis bustum exhaustum aquis.	414
Dux Perduellium Geniorum	415
Antichristus ad perduellium Geniorum Ducē:	416
De Caino questus Abelis.	417
Pharao profugis Hebræis infestus.	418
In Iulianum Cæsarem à D. Mercurio cælitus extin-	
ctum.	419
Simonis Samaritæ præstigiæ.	420

# F I N I S

# CORRECTIONES MENDORVM.

Pagina 9. vers. 5. enim- uero 25. 17. Hamadryadas 33. 14. fatifcentes, 38. <i>antepen.</i> En rutilos 41. 10. addat? 45. <i>penul.</i> Conchyta 55. <i>penul.</i> Nerei; 64. 6. Aut tormenta, manus 65. 11. hau sit, 76. 16, lethale. 80. <i>penul.</i> Orbem, 97. <i>ult.</i> occultatque, 106. <i>ult.</i> tiaram; 110. 1. arcēs. 110. <i>ult.</i> nouandum.	112. 4. cœptis 129. 17. deflagret, 130. 5. cœrus 131. <i>ult.</i> Sub mapali qui flet Infans, 133. 17. Tempeſtas pretioſa, ſacro ſed tuta pudori, 210. 2. Pitho 223. 1. Apelles, 250. 6. Elidis 276. 8. dies. 317. 1. Gigantes, 331. <i>in lemmate verſ.</i> 3. alibi 365. <i>in lemmate verſ.</i> 2. allatum 386. 4. concha.
--	--

Si quid præterea errorum est typis admissum, neque stylus in recognitione correxit; Si quid adhuc humana conditio minus cauit, id Lector æquus, ac prudens pro suo candore per se ipse restituat.







